
ORIGINES LANGOBARDICAE

E MEMBRANA PERVETVSTA EDIDIT
ET COMMENTARIVM ADIECIT

IOHAN. FRID. CHRISTIVS

ACCESSIT
CONRADI A LIECHTENAV
HISTORIA LANGOBARDORVM
ET EX ALIIS EXCERPTA QVAEDAM



HALAE MAGDEBVRGICAE
APVD IOHANNEM CHRISTOPHORVM KREBSIVM
AB O. R. MDCCXXVIII.

D. R.
Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI CHRISTIVS

DEfero ad te, quicunque antiquitatis & hiſtoriarum ſtudioſus es, rem mole ſua profecto minimam; fortaſſis & cetera ſpecie: verum argumento, quod nobiliſſimum eſt, non item: proinde nec adſpernandam & abiiciendam. Langobardos agnoſcis: populum bellatorem, lateque regem, & moribus ſine dubio bonum: vnde non magna ſolum Italiae pars, verum & patria, Germane, tua, praeter inſtitu-

Digitized by Google

ta vitae, accepit & leges, & imperandi formas; etiam maiores tui genus, & hunc, qui adhuc in praecordiis aeſtuat, ſanguinem. Eorum igitur res, quin multum ad te pertineant, aut ad rem Germanici nominis publicam potius, noli dubitare. Iam vero in tanta id genus antiquitatum obſcuritate: in tanta bonorum ſcriptorum circa res patrias raritate: poſt tot etiam amiſſos iniuria ſeculorum codices: ſi omnes & quantumuis paruas ex hoc naufragio tabulas colligendas eſſe cenſeas; nobiſcum facies, & aequo Ioue, quod aiunt, iudicabis. Praeſertim quando officioſas tot eruditiſſimorum hominum manus, qui in illuſtranda patriae hiſtoria hodie per Germaniam occupantur; Italorum enim ad ſe potius trahentium id decus, eiusque populi res, agnoſcimus meritoque magni facimus diligentiam: prope ſola effugit Langobardorum antiquitas. Vnicus ferme, & vti ſuperſtitione ſubinde gaudens, & edentularum fabulis, ita cetera tamen probus his de rebus auctor, Paulus Vuarnefrid, adeo non ſane paucis abhinc annis delituit: vt non modo adoleſcentibus, qui ad litteras educuntur, cum aliis multis antiquorum libris, ignotus euaſerit; ſed & in bibliothecis, quamuis locupletibus, rarus habi-

habitator: aut certe in his, qui inter magnas ſimilis argumenti librorum farragines, quas collectiones vocant, nominibus aliorum obſcurati, more incenſorum, copiam ſui non faciunt. Dignus, vt & alii, qui ad rem Germanorum, hiſtorici ea cura, me iudice, digni ſunt: qui ſeparatim potius, quo vendibilior ſit, atque posſit in manibus circumferri, quoque minus lateat, edatur; emendationibus & notis Frid. Lindenbrogii, vt & e nouisſimis Horatii Blanci potioribus, aliisque, quae ad hiſtoriarum collationem, denuo auctus & ornatus. Praeter hunc, an quidquam de Langobardorum rebus ex inſtituto ſcriptum, antiqua tempora ad nos transmiſerint? mihi vero adhuc non liquet. Cum igitur bibliotheca noſtra quantulacunque membranam obiiceret bonae notae, peruetuſtam, origines Langobardicas continentem, &, quod timidius adfirmo; quis enim in tanta librorum multitudine diſerte audeat, niſi immodeſtus: praeſertim paene adoleſcens, vt ego: nondum editum: facturus mihi videbar operae pretium: ſi hoc aut maioris hiſtoriae fragmentum, aut, quod veriſimilius eſt, abſolutam de his rebus epitomen, ab hiſtoriarum perito ante multa ſe-

Digitized by Google

cula conſcriptam, publici iuris facerem. Neglegebam primo: putabam enim hanc membranam non eſſe, niſi Vuarnefridi partem; quod praeter argumentum & ſtilus conueniebat. At ſuperiore anno, cum ad egregiam vrbem, beneuolentia ciuium & mihi cognitam, Lipſiam ſubinde commearem; & intra pluteos bibliothecae, quam ſplendidiſſime inſtruxit curia, conſtitutus, calamo exaratos in primis codices, viro erudito & humaniſſimo, Ioh. Iac. Maſcouio duce, perluſtrarem: incidi tum in Vuarnefridum peruetuſtum, membraneum, adcurate ſcriptum; ſed prioribus aliquot paginis, immo vt poſtea comperi, magna ſui parte, mancum. Hoc in codice poſteaquam idem ſeculum, eadem plane notarum lineamenta, praeterea & modum paginarum eundem, quae in meo de rebus Langobardicis fragmento mihi cognita fuerant, agnoui: adfirmare ſuſtinui, poſſe fieri, vt eadem illa princeps pagina, quae in illo cum aliis deſideraretur codice, apud me habeatur. Ideo huius monumenti factus curioſior, ſimulac reuerteram, cum editis Vuarnefridi exemplis illud contuli: atque, cum plurimis rebus differre viderem, iudicaremque, niſi antiquius illius libris, ſaltem haud adeo

multum

multum recentius eſſe; nec inuenirem, vbi typis iam ante mandatum exſtare poſſit: ſtatim conſilium eius edendi cepimus. Quod vti nunc exſequimur impenſo pro bonis litteris animo: ita, vt te fauente, quicunque haec legis, fiat; oramus. De vetuſtate membranae adfirmare certi quidquam non ſuſtineo: videtur tamen ſeptingentis annis vix eſſe poſſe recentior. Ceterum, quid differat a Vuarnefrido, ſedulo monebimus in commentario: quem, quo magis conſcriberemus ad has origines; tua intereſſe, lector, putauimus. damus igitur, ſi non refertum variae diffuſaeque eruditionis velut diuerticulis; at nihilo minus vtilem fortaſſis, & illuſtrandis id genus originibus adcommodatum. nec potuimus aliter; quando haec ſcriptio in nos incidit & occupatos, & ſatis magna librorum, quam haec deſiderant, copia, niſi ab eruditiſſimis quibusque huius academiae procerum, in primis e ſplendidiſſimo maximorum operum adparatu Gundlingiano, perbeneuolenter fuiſſemus adiuti: paene deſtitutos. In ipſo Vuarnefrido exemplorum copia defecerat: niſi quam Grotio inſcribunt editionem poſtumam, Thomaſiana conceſſiſſet bibliotheca: Lindenbrogianam

gianam autem e ſua penu, amicum Iena nomen, celebratumque bonae frugis libris, Buderus. Nec ideo mirum, rarius id genus editiones inueniri: quod hanc & ſibi in Italia aliquot abhinc annis diu fruſtra quaeſitam Hor. Blancus conqueritur, in praefatione ante Vuarnefridum, in Muratorii rerum Italicarum ſcriptoribus. Nec tamen vel ſic nihil mihi fuit deſiderandum. Atque ſiquidem adfluerent illa, incertum, an quae in me vtcunque poſita, ingeniolum, vſus earum rerum, tempus ſuppeditarent. ad vltimum, in re ſane non magna, non promittimus, nec decuit, niſi ſubitariam opellam. Vtere igitur hiſce paginis, quicunque vteris, vt voles ac poteris. Vale. Scribebam ad Salinas in Saxonibus, die II. Auguſti a Chriſto nato cIↄ Iↄ cc xxviii.

ORIGI-

Digitized by Google

ORIGINES LANGOBARDICAE

HI PREFVERVNT GENTI WINIlorum, hoc eſt Longobardorum.

IN HANC EPITOMEN *IOH. FRID. CHRISTII* COMMENTARIVS

HI PREFVERVNT GENTI WINILORVM. HOC EST LONGOBARDORUM.) Non in rebus geſtis percenſendis tantum, verum etiam in verbis, quibus geſta narrantur, ſaepicule cum hac epitome conuenit Vuarnefridus, qui vulgo & Paulus Diaconus dicitur, in libris, pro infelicitate illorum temporum, ſane quam elegantibus, de geſtis Langobardorum. Inde obſcurum non eſt, horum auctorum alterum alterius monumentis ſubinde vſum fuiſſe. Verum vter recentior; noſterne,

Vuarnefridus laudatus. **Conſenſus inter hunc & noſtram epitomen.** **Quaeritur, vter antiquior.**

Digitized by Google

qui hanc epitomen conſignauit, Vuarnefridi veſtigia ſecutus ſit: an Vuarnefridus noſtrum? ad eam litem te, lector, iudicem ſcribemus. nobis auctoritatem defugere

Conſilium noſtrum.

liceat. Id agam, quo magis liquere tibi de re poſſit, interim: vt vtriusque verba diligenter in medium addu-

Verba Vuarnefr. in rem praeſentem ducta.

cam, inuicemque contendam. Audiamus ergo haec eadem, quae noſter in principio, narrantem Vuarnefridum. Libro I. cap. II. *Pari etiam modo*, inquit, *& Vuinilorum, hoc eſt Langobardorum gens, quae poſtea in Italia feliciter regnauit, a Germanorum populis originem ducens, licet & aliae cauſſae egreſſionis eorum aſſeuerentur, ab inſula, quae Scandi-*

Vuinili cum Vuandalis iidem.

nauia dicitur, aduentauit. Vuinili quidem, vel *Vuinuli*, & qui apud alios ſunt, *Vindili*, vel *Vandali*; quin iidem ſint: inter eruditos hodie non dubitatur. ſat vetus teſtis

Helmoldus teſtis vocatus:

eſt Helmoldus, qui in chronicis Slauorum lib. I. cap. II. initio, *antiquitus Vuandalos, tum temporis Vuinulos appellatos fuiſſe* memorauit. Copioſe vero in primis rem eandem

& Cluuerius.

demonſtrauit diligentiſſimus Cluuerius, Germaniae anti-

Vuarnefr. notatus:

quae libro III. cap. XLVI. Perperam igitur Vuarnefridus libro I. capite VII. Vuinilos & Vuandalos, quando

Sententia tamen ſalua per coniecturam.

idem nomen eſt, proelio committit. Cenſeo Langobardos Vuinulorum, vel Vandalorum partem fuiſſe: ita, vt non plane omnes Vuinuli Langobardi eſſent: ſed hi cum

Langobardi pars Vuinulorum.

ceteris Vandalici nominis bello congreſſi, antea generatim Vuinuli, nouum ſibi Langobardorum nomen pepe-

Vuandali vnde dicti.

rerint. Vandali autem ſine dubio a vitae inſtituto Theotiſce dicti ſunt, quaſi, Wandler/ Reiſende: fortaſſis in

Item Ingaevones.

oppoſitione ad *Ingaeuones*, quaſi, die eingewohnten: qui non inminebant alienis ſedibus. Quae ſuſpicio, vt leuis

Non omnino aſpernandae hae ſuſpiciones.

videatur, tamen hodieque placet non nobis ſolum, ſed & aliis, magni inter eruditos nominis. Ex his honoris cauſſa appellare liceat virum mihi fauentiſſimum, illuſtrem

Digitized by Google

ſtrem ſuo merito Ludeuuigium: in notis ad praefationem ante ſingularia iuris publici, quibus Caſp. Henr. Hornii de iure publ. librum ſuppleuit, ornauit, cap. 12. numeris paginarum 59. 60. Non erat ergo, cur Beatum Rhenanum tantopere exagitaret Cluuerius, Germaniae antiquae libro III. cap. XLVI. num. pagg. 699. 709. 701., quod is quidem id genus interpretamentis tribuiſſe nimium viſus eſſet.

Cluuerius leviter reprehenſus.

Quanquam enim leuiſſima haec eſſe, & merae coniecturae, non negem; admittenda tamen eſſe cenſeo: ſiquidem vtilia interdum, etiam quae leuia. Nec eorum nominum, quae populis impoſita ſunt, mirabimur errores: ſi cogitemus, modo non omnia e vocabulis notioribus aut conſilio ipſorum, aut certe per imperitiam alienae linguae, a peregrinis, temere arrepta, & in vſum fuiſſe traducta.

Frequentiſſimi in imponendis nominibus errores.

Errore Romanorum, puto, dicti, potentiſſimus populus, Galli; fortunae, non gentis vocabulo: cum ſe ferrent eſſe *peregrinos*, **Wallen/ Fremdlinge.** dicti ſunt & Franci: cum hoc vocabulo iura prae ſe ferrent, non proprium nomen; iactarentque, ſe liberos eſſe, libertatemque tueri, **die Francen.**

Exemplis probantur. Galli vnde dicti: & Franci.

Hisdem erroribus, quae regio a Phoenicibus, deinde & a Carthaginenſibus, vtrique vero commercii cauſſa frequenter eo commeabant antiquiſſimis temporibus: Hiſpania; vel potius Iſpania: ſic habent omiſſa adſpiratione, & rectius, membranae peruetuſtae: quaſi אי שפנים *inſula cuniculis referta*, a multitudine id genus animantium, fuit appellata: id nomen omni tempore conſtantiſſime obtinuit. Quam illius vocabuli veriſſimam originem, ſecundum Bochartum in Geographia ſacra, cum de vetuſtis id genus lectionibus conferremus, humaniſſime nos docuit vir non ordine magis & eruditionis fama, quam moribus inprimis reuerendus, Ioh. Henr. Michaelis. Etiam commentitia vr-

Hiſpania cur a Phoenicibus hoc nomine vocata.

Ibor ſcilicet & Agio, vtrique ger-

Conſtantinopoli vnde falſum nomen.

bibus nomina peperit error. veluti de Conſtantinopoli conſtat; quam hodie *Stambol* vocari, a quibusdam traditum eſt. Cum potius circumcolentes atque eo tendentes Graecos peregrinantibus, interrogatos quo pergerent, reſpondiſſe admodum ſit veroſimile: *εις τὰν πόλιν; in vrbem.* vnde ſane quam facile exiſtere potuit male intellectum vocabulum, *Stanpol.* quam rem praeceptorem olim in vrbe patria meum, virum induſtrium maxime & eruditum, Ioh. Conr. Schwarzium, enarrare inter alios ſermones memini.

Immo & Germaniae.

Quin & Germaniae noſtrae nomen vere Latinum caſus impoſuit. Maiores enim noſtri metuendi victores, a Gallis ſubiugatis, apud quos tum Romanum ſermonem peruulgatum fuiſſe credibile eſt, per blanditias *Germani* dicti ſunt, Brüder. tanquam conſanguineos appellarent & fratres.

Deſperatus in Tacito locus tentatus,

Ita, quod cognationis, vel vt Tacitus loquitur, *nationis*, (quandoquidem germani fratres, natione vel natiuitate coniunguntur:) & amoris nomen fuerat, paullatim populi euaſit. Quibus obſeruatis iam in expedito eſt, qui tot interpretibus crucem fixit, Corn. Taciti locus, de moribus Germanorum cap. II. Torſit enim ibi etiam magnos viros NATIONIS inter alia vocabulum, vſurpatum natiuo quidem & bono, ſed non aeque vulgato, atque vbi pro gente dicitur, ſignificatu.

& emendatus.

Caeterum, vel ſi ſecandus ſit nodus, reſtituendum his in Cornelii verbis eſt nihil cunctandô, *a victis*, pro inſulſo, *a victore;* & exturbandum *τὸ at* cum Cluuerio.

Lipſii manibus honos.

Edixit Lipſius, aeternum interpretibus in hoc incerto fluctuandum fore. Vellem reuiueres, o decus interpretum! aliquando non fluctuabimus.

Ibor ſcilicet & agio utreq, germani. ex matre gambara edm.)

mani, ex matre Gambara editi. Qui egreſſi de Scandinauia vene-

editi.) Malim aliter poſito verbo, *vtrique*, ſic legiſſe: *Ibor ſcilicet & Agio, germani, vtrique ex matre* cetera. Eodem modo Vuarneſrid. libro I. cap. III. *duobus ducibus*, ait, *Ibor ſcilicet & Agione, qui & germani erant.* deinde, *erat ducum mater, nomine Gambara.* Intellegimus autem ſcribi eo loco debere, *Agione:* non *Aione* aut *Ayone;* vt Bonau. Vulcanius edidit, & qui hunc ſecutus eſt per omnia, Elzeuirius, in iis exemplis, quae Grotii nomen oſtendunt in fronte, at manum nequaquam exhibent in Langobardicis. In vulgatis Conradi a Liechtenau, legitur &, *Agionem:* at in huius ſcriptoris codice peruetuſto membraneo, qui Ienae in bibliotheca publica adſeruatur, quemque vir amiciſſimus, & hiſtoriarum peritiſſimus, Martinus Schmeizelius, diligenter meo rogatu cum editis contulit; *Aionem.* Etiam antiquior multo auctor, Proſper Aquitanicus *Aionem* appellat, non, *Agionem*, ad annum 382. his verbis: *Langobardi ab extremis Germaniae finibus, Oceanique protinus litore, Scandiaque inſula, magna multitudine ingreſſi, & nouarum ſeditionum* (malim legiſſe, *ſedium*) *auidi, Ibore & Aione ducibus, Vandalos primum vicerunt.*

De mendo prouiſum. Vuarn. adductus. Agio legendum, an Aio. Grotius nihil ad Vuarnefridum. Vrſpergenſis collatus. atque Proſper adductus & leuiter emendatus.

Qui egreſſi de ſcandinauia.) Vuarnefrid in verbis paullo ante adductis, *ab inſula, quae Scandauia dicitur.* & Proſper Aquitanicus in verbis ibi laudatis, *Scandiam inſulam* vocat. hoc nomine autem eas terras deſcribunt etiam antiquiſſimi ſcriptores: veluti Plinius hiſtoriae naturalis libro IIII. cap. XIII. nec id, puto, ex errore: quaſi circumfluam ponto putarent. Inſulae enim, niſi nobis, quae

Iidem auctores laudati, & Plinius. Inſula dicitur Scandia

 legiſſe

Digitized by Google

nihil errando. legiſſe mihi videor, imponunt; non eae tantum regiones dici poſſunt Latine, quae circumquaque vndis adluuntur: ſed & quae maximam partem; vulgo, peninſulae: quales ſunt, Peloponneſus, Taurica cherſoneſus, Hiſpania, Cimbrica cherſoneſus, & in primis etiam Scandia. Vt proinde in illis verbis nec inproprium quid, nec errorem, agnoſcere debeamus. Ceterum Langobardos a Scandinauia egreſſos, aduerſus Proſperum, Vuarnefridum & alios, negat Cluuerius, Germaniae antiquae libro III. cap. XXVI. propterea quod Strabo, Velleius, Tacitus, & Ptolemaeus, qui omnes longiſſimo tempore ante illos ſcriptores vixerint, Germanicam gentem eos eſſe dicant, atque iisdem finibus in Germania collocent, quibus, qui poſtea de eorum rebus ſcripſerunt: videlicet, vt coniectura pateſcit, in Marchia Brandenburgica. At enimuero, nec Vuarnefridus non ait, Langobardos eſſe Germanicam gentem, Vandalici ſcilicet nominis; quando *a Germanorum populis originem ducere* agnoſcit, iis verbis, quae ſupra adduximus, pag. I. a tergo: neque Proſper Aquitanicus, non ſane indiligens auctor, erroris temere adcuſandus eſt, cum annis vix quinquaginta poſt illam Langobardorum emigrationem vixiſſe videatur: adeo, vt illa tempora infantia eius prope attigiſſe potuerit. Stabit igitur vtrorumque pariter fides: antiquiſſimorum, & vergentis aeui teſtium. Videntur ſane Langobardi, vt Vuandoli, & quaerendis identidem nouis ſedibus aſſueti, in Sueticos agros haud multum ante, quam redirent, tranſiſſe: mox, cum non placeret coeli inclementia, atque ſoli aſperitas, antiquas in Germania repetiſſe ſedes. Sic ſalua res eſt, nec iam contenderet vltra, opinor, ſi viueret, honeſtiſſimus vir, & cui plurima debet antiquum Germanorum nomen, Cluuerius.

Langobardi an e Scandinauia.

negat Cluuerius:

cuius dicta inſpiciuntur,

& refelluntur:

ſuffragante in primis Proſpero.

Expeditur ſententia.

E Germania Langobardi in Scandiam. deinde reuerterunt.

uene-

runt Sciringa, quae Vuandalis con-

uenerunt ſciringa.) Vuarnefrid libro I. cap. XII. *in regionem, quae appellatur Scoringa.* Male, ſi mihi credis, Paulus, e vetuſtioribus monumentis, vbi ſcribendum erat, *Sciringa*, deſcripſit, *Scoringa.* niſi quid varient codices eius calamo exarati: cuius rei tamen adnotatum a Vulcanio quidquam non repperi. *Sciringa* autem dicebatur *a Sciris*, quorum Plinius & alii meminerunt: vt *Finninga*, a *Finnis*; *Maurininga*, vel *Mauringa*; a *Morinis*. Collocantur *Sciri* a regionum conſultis ad ſinum Codanum, vbi hodie eſt, *Curlandia:* ſicut & noſtra membrana definit, *quae Vuandalis contigua eſt.* Potuit etiam, ſi *Scirorum* regio antiquitus, non modo *Sciringa*, & *Sciringia* dicta eſt; ſed & *Scirlanda* vel *Scirlandia*; *Curlandiae* vocabulum deſcendere ab iſto, *Cyrlandiae.* Demus enim, populum *Cyros* dictos, & provinciam, *Cyrlandiam:* atque diſcamus, litteram C. illo tempore proferri ſueuiſſe cum *ſibilo* intenſiore, vel, vt Scioppius vocat, cum *ſtrepitu:* eo modo, quo hodieque Hetruſci, caeterique Itali, fere eam pronunciant: quaſi nos ſcribamus, *Schiri, Schirlanda.* Hoc autem Romanorum lingua non ferebat, vt litteram C. pronunciarent cum ſibilo: qui duriter potius dicturi erant, *Kyri,* pro *Ciri*; vt dicebant &, *Kikero*, pro, *Cicero, Kerdo*, pro, *cerdo:* & ſimiliter in aliis. Hinc eſt, quod Romanorum, *cella,* nobis dicatur, keller: Romanorum, *ciſta,* nobis, kiſten/ kaſten: *cicer,* kikern/ kichern: & ſic in aliis. Scribebant ergo populi ad ſeptemtriones, *Cyri*, & pronunciabant, *Schyri:* plane ac ſi Hetruſce ſcriptum eſſet, *Sciri;* Gallice, *Chiri;* Hiſpanice, *Xiri.* Romani contra, cum imitarentur illorum tonos, aliis litterarum elementis pingebant vocabulum, dum idem redderetur ſonus.

Mendum in Vuarnefrido.

Sciringa a Sciris dicta: vt a Finnis Finninga.

Sciri ad ſinum Codanum: vbi hodie Curlandia: quae fortaſſis dicta a Sciringa.

quomodo, expeditur.

De tonis litterarum quaedam.

apud Romanos quidem.

item inter alias gentes.

Inde

quomodo vocabula Graeca & Germanica Latinis mutata:

Inde natum eſt Latinum, *Sciri.* vt & *ſcola,* pro *ſchola,* & hinc Germanicum, die ſchule: *ſcema,* pro, *ſchema:* ſimiliter medicorum vulgus, *ſciaticam* dicit, & *ſchiaticam,* pro, *iſchiatica:* ſic medio aeuo, *ſculdaſius* & *ſculdais,* vel, vt recentiores, *ſcultetus;* pro Germanico, Schuldheiß: *ſcara,* pro Germanico, ſchaar: & apud Warnefridum libro I. cap. XXVII. *ſcala,* pro patera, e Germanico, eine ſchaale.

&Germanica e Romanis.

Viciſſim Germani, natis e Latio vocabulis paſſim ſuis; pro Romano *ſcabere,* reddunt interpoſita adſpiratione, ſchaben: pro, *ſcindere,* ſchinden: pro, *ſcandalum,* ſchande: pro, *ſcamellum,* ſchamel: pro, ſcyphus, ſchiff: pro *ſcaeuus,* ſchaf; quod eſt, die queere/ſeitwärts. Eodem modo a *ſcaphio,* in Theotiſco ſermone antiquiſſimo deſcendit, *ſcephan:* quod eſt, *haurire;* ſcribiturque hodie, ſchöpfen.

verba Theotiſca in medium producta.

Sane in antiquo carmine Theotiſco, quod Caroli Magni temporibus conſcriptum eſt, atque quod ego in poſterum denuo, quandoquidem Lambecius non obſeruauit, rhythmis illud conſtare, in noctibus academicis edam; ſic habet:

Scephan thaz wazzer,
Thannanoh ſo ſaz er. quae ſequuntur.

Ibidem in medio:

Noh tu ne habis Kiſcirres,
Daz thu thes Kiſcephes.

Vbi in primo verſu eſt, *Kiſcirres,* pro geſchirre; ſunt autem geſchirre apud Francos auſtrales hodieque, *vaſa,* geſäſſe. in ſecundo verſu, *Kiſcephes,* dicitur, pro, geſchöpfeſt/ vel vt nos, ſchöpfeſt. Eodem tempore dicebant, *ſcin,* pro, ſchein. Vt multa alia eiusmodi taceam. haec enim abunde docentur in egregiis libris, qui pro eruendis antiquiſſimae linguae Germanorum originibus, & editi ſunt hoc tempore, & edentur propediem.

Poſt-

Digitized by Google

tigua eſt. de qua egreſſi, venerunt

Poſtquam haec adnotaueram, in medium venit eius libri, quem hic impeditius, at inprimis laudaueram, quod nuper admodum prodiit, volumen ſecundum. Schilteri antiquitates Teutonicae, titulus eſt. In quo codice obſeruaui, idem illud carmen, quod equidem iam ante edere inſtitueram; plenius, quam in Lambecio, & rhythmis recte diſtinctis, quam rem nobis primum ſubodorati viſi ſumus, cum interpretatione Latina, iuſto dialogi inter Chriſtum atque mulierem Samaritanam titulo, contineri. Ignarus ita vterque, eruditus Frickius, an alius, quicunque protraxit, egoque, obuiam nobis facti, eadem via, eodem inſtituto, eodemque, opinor, tempore. Aliquot abhinc menſibus equidem diſtinxeram hos verſus, Germanice interpretatus: ille Latine. Ceterum in quibusdam coniectura aliquantum, vt fit in antiquis, diſtamus. Alius ea proferendi locus erit, Bonum interim merito gratulamur factum. Schilteri antiq Teuton. laudatae. Praeuentum recte, in quodam inſtituto noſtro.

que uuandalıſ contıgua eſt.) Sic plane, qui ſecundum auctores antiquos regionum tabulas deſcripſerunt: vt Sciri Vandalis finitimi. hos adi. In Vandalis autem cenſebantur, Burgundiones, Gotthones, aliique populi, qui ad ſinum Codanum colebant. Sciri Vandalis finitimi.

***Dequa egreſſı uenerunt ın maurıngam.*)** *Mauringam* interpretor, vbi *Morinorum* ſedes: quaſi, *Moringam*. Quam in ſententiam haud aegre, cum forte de hac re cum ipſo conferrem, adduxit, vir rerum Germanicarum inprimis peritus, Ioh. Ehrenfr. Zſackuuizius. Vt, poſtquam plura coegi argumenta, de Morinis, quam late coluerint, iam nihil dubitem. Morinos autem non in Belgis tantum quaeras velim, ſed per omnem Germaniam inferio- Mauringa quaſi Moringa a Morinis. Morinos late coluiſſe,

dictos a vocabulo, *Moere;* vnde &, Moräſte.

rem, vbicunque terra paluſtris eſt. Dabis, puto, Morinos dictos eſſe a vocabulo Germanico, *Moere;* quod eſt, *palus:* veluti docet Cluuerius Germaniae antiquae libro II. vbi de Morinis. A *moere* hodieque dicuntur, moräſte / moraſtig. Inde intellegas, licet, ab antiquiſſimis temporibus, Moerner / Latinis, *Morinos,* omnes eos dictos, qui agros colebant paluſtres: & terras eorum, Moring / Moeringen. vel, *Mauringam* & *Morlandam.* Iam vero Pruſſorum agri, Brandenburgenſes item, & Mecklenburgici, non minus, opinor, paluſtres ſunt, quam hodie Flandrorum: vbi eius generis Morinorum ſedes, quos Caeſar, Mela, Plinius, aliique antiquiſſimi auctores, deſcribunt, conſtitutae a regionum peritis iure meritoque fuerunt. Quare quasuis terras, quae mare verſus per omnem Germaniam ad ſeptemtriones extenduntur, ſub Mauringae vocabulo intellegas, licebit. Verum tamen Pruſſiam in primis, ob finitimam Sciringam. Dicamus igitur: Langobardos noſtros, gentem vere Germanam, eamque fortiſſimam, e Sueticis agris, aut e Noruagicis, quo temere conceſſerat ante, cum ob arctoam coeli inclementiam ad patrias ſedes reuertiſſe cuperet; terreſtri itinere, per Finningam & Liuoniam, Ibore & Agione ducibus, primum tranſiſſe in Curlandiam, vel, vt membrana noſtra, Sciringam: deinde Pruſſiam & Pomeraniam peruagatos in Ingrorum finibus, (Angrorum dicas, aut Saxonum, quod infra videbimus, perinde eſt.) ſedem fixiſſe: poſtea Rugios tentaſſe: vnde repulſos, iterum haud procul a Saxonibus, circa Marchiam mediam, conſediſſe puto: donec Audoino duce magna eorum pars Pannoniam occuparet; & XLII. annis poſt, euocante Narſete, auſpiciis Alboini regis, Italiam. Hos equidem huius populi errores, hoc ordine memorandos, intellegere

Quae igitur noſtro Mauringa.

Videtur Pruſsia in primis.

Errores Langobardorum explicantur:

Digitized by Google

in Mauringam. inde applicuerunt In-

gere mihi videor. Qui ſecus narrant, vereor, ne ſuae quisque patriae ſtudio in transuerſum rapiatur. Sic ex Sueonibus haud pauci in tot ac tantas gentes ſemina e ſuis niuibus contendunt eſſe progenita. non potuit. E noſtratibus contra omnes prope id genus emigrantes populos Germaniae ſoli vindicant: atque non maiore veri ſpecie immenſam multitudinem ex his vnis ſiluis educunt. Sed foeti mulierum in his ad ſeptem triones regionibus vteri? dabo: multis quidem partibus edendis. ceterum ſi vitales aeque eosdem, quam ſub mitiore coelo, credas: falleris, opinor. Scilicet inculta olim Germania, & alendis ſuis minime idonea: qui pauci futuri fuerant, rarique habitatores, ſi bona lege coluiſſent; eos minime probando exemplo, vt cultis per alios populos agris vterentur, emiſit ſubinde. Sic Germanae coloniae Italis infeſtae & Gallis: viciſſim quas Scandinauia extruſerat & Sarmatia, Germanis. Nulla ſane nomini noſtro ex his maiorum inſtitutis gloria. vt proinde illa diſſentientium ſtudia non modo leuia & obſcura, ſed & vana inconſultaque appareant. Sic viſum eſt. nihil equidem gratiae facile dedero: ſola veritatis ſpecie duci dulciſſimum. Quin, ſi & haec fefellerit: ſi quis quid rectius: liuore procul & ambitione, vt nos noſtras quantulascunque ſuſpiciones, atque vti liberales inter animos addecet, cupide lecturis impertiat: ſin vero; his ſaltem nobiscum candidus vtatur.

Indicantur & alii eruditorum circa illos antiquos.

aduerſus cauſſas earum diſſenſionum probabilior expeditur ſententia.

Aduerſus partium ſtudioſos deprecatio.

inde applicuerunt ingolanda) Ex hoc imitator Vuarnefrid, opinor, perperam libro I. cap. XIII. cum diuiſim ſcriberet, exhibuit, *in Golanda.* quae enim fuerit *Golanda?* niſi ſcribendum contendas, *Gotlanda.* quod tamen haud dubie

Mendum in Vuarnefrido.

Golanda nuſquam: nec Vrſpergenſis Godolanda.

golanda. Mortuis igitur Ibor & Agione, primum Agelmund Agionis filius per XXXIII. annos eidem genti

dubie ab ordine itinerum, propter ſitum terrarum, plane aberraret. Legas ergo, vt ſine dubio membrana noſtra habet, *applicuerunt Ingolanda:* omiſſa praepoſitione, atque eadem forma, vt paullo ante legimus, *venerunt Sciringa*, pro, *venerunt in Sciringa*, aut, *in Sciringam.* Verum iam quaeritur, quae fuerit *Ingolanda?* Puto, aut emendandum eſſe, *Ingerlanda:* aut intellegendum ſaltem hoc vocabulum de terris *Ingrorum*-vel *Angrorum.* hos autem eoſdem fere cum Angriuariis & Anſibariis, nec diuerſos fuiſſe puto a cetero Saxonum nomine. Miſcuit nimitum error hiſtoricorum ſeparanda; cum res etſi patrias, tamen ob inuictam inſcitiam quaſi peregrinas, parumque cognitas, ſcriberent: & diſtinxit contra idem, quae vna habenda fuerant.

aut Glodolanda. legendum, Ingolanda

quae ab Ingris dicta videtur.

Vnde hae aberrationes.

Mortuiſ igitur ibor & agione. primum agelmund agioniſ filiuſ p. XXX. III. annoſ eidem genti regnauit.) Regnaſſe dicitur Agelmundus: quia primus poſt duces Langobardorum rex electus fuerat. vide Vuarn. libro I. cap. XIIII. In annis regni conſenſus eſt. Proſper Aquitanicus ad annum CCCXCIII. *Langobardi,* inquit, *eorum ducibus defunctis, primum ſibi regem creauerunt Algelmundum,* (ſic in editis: puto legendum eſſe, *Aigelmundum.*) *Aionis filium, qui regnauit annis XXXIII.* item Vuarn. eodem capite XIIII. *Hic, ſicut a maioribus traditur, tribus & triginta annis, Langobardorum tenuit regnum.*

Agelmund primus Langobardorum rex.

Proſper adductus & emendatus.

Item Vuarnefridus.

Poſt

regnauit. Poſt Agelmundi funus Lamiſio ſecundus ſuſcepit regnum. Poſt Lamiſſionem tertius ad regni gubernacula, per LX. annos, Letus aſcendit. hoc defuncto Ildeoc, IIII. eius filius, IIII. ſucepit regnum. Quo

Poſt agelmundi funuſ. lamiſio ſcdſ ſucepit regnum.) Vuarnefr. prope iisdem verbis cap. XV. in medio: *& poſt Agelmundi funus regni gubernacula rexerit.* Proſper in chronico ad annum CCCCXXVI. *Langobardorum II. regnauit Lamiſſus, meretricis filius, annis III.* Lamiſio: al. Lamisſio, vel Lamiſſus.

Poſtlamiſſionē tercіuſ ad regni gubernacula. p LX annoſ lęſus aſcendit.) Iisdem verbis Vuarnefr. cap. XVIII. *Poſt lamiſſionem tertius ad regni gubernacula Lethu aſcendit.* noſtrum, *Letus,* videtur eſſe antiquius, quam quod in illo editum eſt, *Lethu.* Etiam Conr. Vrſpergenſis membraneus in bibliotheca Ienenſi codex, *Letus* habet, omiſſa adſpiratione: contra editi, *Lethus:* atque haec quidem in nomine. Quod ad tempora regni: viginti annis differt a noſtro Vuarnefridus, qui eodem, quod modo indicauimus, capite, *quadraginta ferme annos* Letum *regnaſſe*, ait: noſter vt vidimus, *ſexaginta.* Vtri magis conſtet ratio, non liquet. nodus plane ſimilis & error adparebit infra. natus is ſine dubio e numeris XL. LX. ab alterutro inuerſo ordine perperam poſitis. Letus rex: cui nomen emendatius ſcribendum adſeritur. Quamdiu regnauerit, quaeritur.

Hoc defuncto ildeoc. IIII. eius filiuſ. IIII. ſucepit regnum.) Supple & interpunge: *hoc defuncto Ildeoc, quartus eius filius, quarto loco ſuſcepit regnum.* Contractius aliquanto Vuar- Interpunctio reſtituta.

 nefrid

decedente quintus, Godeoc, regnum

Vuarnefr. adductus & notatus in nominibus regum.

nefrid eodem capite XVIII: *Hildeboc filium, qui quartus fuit in numero regni, ſucceſſorem reliquit.* Duplex adſpiratio in verbo *Ildeoc* apud nos exulat: puto, rectius, quam in illo. eadem forma ille, *Gudeboc*, vbi noſter, *Godeoc*, quod ſuſtinet Vrſpergenſis in editis: quae in illo nomine, non tamen omnino recte, & litteris adiectis, habent etiam, *Childeoc.* contra calamo exaratus, quem aliquoties laudauimus, codex mendoſe, vt opinor, *Chideoc*, pro, *Ildeoc*, & *Gedeoc*, pro *Godeoc.*

Matthaeus Palmerius laudatus.

error eruditorum circa libri eius titulum ſublatus.

Probatum de errore.

Voſſius laudatus.

Quodecedente quintuſ godeoc regnum eſt adeptuſ.) Vuarnefrid: *quintus Gudeboc regnum ſuſcepit.* Inde Matthaeus Palmerius Florentinus, in libro de temporibus, cuius pars extat inter alia chronica poſt Proſperum Aquitanicum: quae cauſſa fuit, vt, qui indicem eruditorum compendiarium Lipſienſem congeſſerunt, continuatum hunc ab illo per errorem traderent: is, inquam, in eo libro, ad annum CCCCLXXIII. ſic habet: *Langobardorum V. Godeboc annis XII.* Cauere autem eum, de quo modo locuti ſumus, errorem licuit, non e Voſſio tantum; qui de hiſtoricis Latinis libro III. cap. VII. quam non continuator ſit Palmerius, rectiſſime monet: ſed & ex ea chronicorum collectione, quae Baſileae anno 1597. folio explicito prodiit: Vbi in tergo paginae 93. adnotatum eſt: *Quae ſequuntur ex Matthaei Palmerii Florentini, viri quidem diligentiſſimi, libro DE TEMPORIBVS, ad verbum ſumus mutuati. Cuius ſane libri antecedentia eo conſilio ſcribenda eſſe non putauimus, quod fere omnia horum librorum ex ſuperioribus ſint excerpta.* cetera.

Baſileenſes adducti quidam,

& reprehenſi.

Male vero Baſileenſes: truncari eruditiſſimorum hominum lucubrationes, easque nec editas, non oportet: quod

Digitized by Google

eſt adeptus. His temporibus Odouacer Italiam regebat. Godeoc mortuo, regni gubernacula ſuſcepit eius filius Claffo. Ex ſupra dicta regione Vui-

quod recte notauit oculatiſſimus Voſſius eo, quem laudauimus, loco. vbi tamen in eo erraſſe videtur; quod librum Palmerii *Chronicon* appellauit: quem inſcriptum fuiſſe, *de temporibus*, verius eſt. Sed ſecutus eſt Voſſius Tomaſinum, aut potius Iohannem Rhodium. Is enim in muſeo Pignorii, quod iuxta vitam eius deſcriptam, vna cum menſa Iſiaca, vt & cum elogiis illius, extat; inter libros calamo exaratos numero 40. perperam laudat, *Matthaei Palmerii chronica:* cum veram codicis inſcriptionem, quae ſine dubio alia fuiſſe videtur, reddere debuiſſet. **Leuiculus Voſſii error, vnde ortus.**

Hiſ temporibuſ odouacer italiam regebat.) Vuarnefr. cap. XVIIII. non ita probe: *His temporibus inter Odoachar*, cetera. noſter contra paullo poſt: *Odoſacra reſiſtente.* quibus verbis, illa potius ratione nomen eſſe ſcribendum, arguitur. **Odoacer varie ſcribitur.**

Godeoc mortuo. regni gubernacula ſuſcepit eius filiuſ claffo.) Eandem rem Vuarnefridus cap. XX. effert his verbis: *moritur Gudehoc, cui ſucceſſit Claffo filius ſuus.* Palmerius ad annum 485. *Langobardorum VI. regnauit Claphon annis V.* vbi inquinate, *Daphon* editum eſt. Obſerua: deteriorem hic in vſu Latini ſermonis, cum pronomen, *ſuus*, loco, *eius*, male reciprocaret, adparere Paulum; quam auctorem huius noſtrae epitomes. hunc igitur, ſi his & ſimilibus argumentis vetuſtiorem illo fuiſſe colligas, non facile, opinor, errabis. **Palmerius denuo adductus & emendatus. Noſter comparatus cum Paulo.**

Ex

Digitized by Google

nili egreſſi, venerunt in Rugilanda, quae Rugorum dicitur patria: quam Feletheus, qui & Feuba dictus eſt, rexe-

Vuarn. adductus:

Ex ſupra dicta regione uuinili egreſſi uenerunt in rugilanda que rugorum dicitur patria.) haec Vuarnefridus cap. XVIII. circa finem enunciat hoc modo: *Langobardi de ſuis regionibus egreſſi, venerunt in Rugiland, quae Latino eloquio Rugorum patria dicitur.* E quibus verbis agnoſcere mihi in

& excuſſa eius verba.

primis videor, quemadmodum Paulus epitomen noſtram abuſus ſit. Primo enim, *ex regione egreſſi,* male corrupit in, *de regionibus:* deinde non rectius τὸ *dictis,* in *ſuis.* nam eas in Ingolanda ſedes Langobardorum proprias dicere vix poterat. poſtremo & interiecta gloſſa, *Latino eloquio,* modo non inepta eſt; & totum illud, *quae Rugorum patria dicitur,* in Pauli libro abundat: quando bis ante de Rugis in Rugilanda dixerat, nec poterat denuo interpretandi animum induere; niſi deſcribendi facilitas conſilium viri feſelliſſet. Obſerua: res a Langobardis aduerſus Rugos ge-

Differentia inter hos ſcriptores animaduerſa.

ſtas, ſi Vuarnefridum ſequaris, ſub rege Godeoc narrari: ſin contra membranam noſtram; ſub Claffone: ideoque aliquanto ſerius. Cum illo quidem ſtare comperimus, vt recentiorem, ita haudquaquam infimae claſſis auctorem,

Palm. adductus:

Matth. Palmerium: qui ad annum 476. *Langobardi,* inquit, *nouarum ſedium auidi, Rhugorum regionem, eo quod fertilis & pene deſerta eſſet, ſub Godehoc eorum rege, occuparunt.* Con-

& Sigebertus.

tra miſcellionem ſe exhibet, & vtrumque regem in Rugilanda, quam perperam Rugilam vocat, fuiſſe tradit Sigebertus Gemblacenſis, ad annum 479. verbis: *ſub Gudeoch, & filio eius Claffone, ſexto rege, Rugilam habitauere.*

quam

rat: ſed Odofacra reſiſtente, amiſit cum vita patriam. Illic per aliquantos Vuinili commorati ſunt annos. Claffone defuncto, Tato ſeptimus aſcendit ad regnum. Vuinili vero

quam feletheuſ qui & feuba dictuſ eſt rexerat.) Vuarnefr. cap. XVIIII. ab initio: *Feletheum, qui & Feua dictus eſt.* hunc *Feuam* Hermannus Contractus ad a. 486. dixit, *Phoebam:* Marianus Scotus, ad a. 487. *Febam.* Varii ſcriptores in nomine regis Feubae.

ſed odofacra reſiſtente. amiſit cum uita patriam.) rem, vt geſta eſt, copioſius narrat Vuarnefridus cap. XVIII. Feubae mors.

Illic p aliquantuſ uuinili commorati ſunt annoſ.) Vuarn. cap. XVIIII. in fine: *aliquantis commorati ſunt annis.* Ceterum, *aliquantus* antique ſcribitur, pro, *aliquantos:* vt & paullo poſt, *qui Longobardus in Pannoniam duxit;* loco, *Longobardos.* Vuarn. verba.

Claſſone defuncto tato ſeptimuſ aſcendit adregnum). Vuarn. cap. XX. in principio, diſtincto magis ſermone: *Defuncto quoque Claſſone, Tato eiusdem filius, aſcendit ad regnum.* Ambiguum eſt in hoc Vuarnefridi loco, vtrum *τὸ eiusdem* ad Godeoc ſit referendum, an ad Claſſonem. Ceterum *Tato* in editis Palmerii male appellatur, *Thantus.* ad annum is 400. *Langobardorum VII. regnauit Thantus annis X.* & ad a. 493. Thantus *Langobardorum rex Herulos ad internitionem vsque deleuit, & Rudolphum eorum regem cepit atque interimit.* item a 500. *Vuacon Tantum patruum ſuum interemit, & Langobardorum regnum inuadit annis XVIII. hic contra Gepidos bellum intulit, & Sucuos vicit.* Vuarn. adductus, & notatus. De Palmerii exemplis, qui aduocatur monitum.

egreſſi de Rugilanda, venerunt in campos, qui ſermone barbaro FELD

Conſenſus cum Vuarnefrido,

Campi patentes vbi.

Wimli u egreſſi derugilandæ uenerunt in campos qui ſermone barbaro feld appellantur.) Vuarnefr. cap. XX. in principio: *Egreſſi quoque Langobardi de Rugiland, habitauerunt in campis patentibus, qui ſermone barbarico* feld *appellantur.* Vbi autem hi campi ſiti fuerint, niſi coniecturam faciamus, his certe auctoribus non diſcimus. Ceterum quia, quibuscum bella Langobardorum memorantur, Rugii atque Heruli, finitimi ex eo illis tum fuiſſe videntur; colligere licuit; qua re, qui regiones deſcripſerunt, inducti ſint: vt Langobardorum ſedes trans Albim locarent, vltra Spream atque Hauelam, quibus regionibus hodie Marchiam mediam extendi nouimus. quae terrae, cum ſint ſabuloſae, atque quammaxime patentes, nullis montium iugis longe lateque diſtinctae; facile dabimus: non falſos fuiſſe ea coniectura hiſtoricos noſtrates. niſi Magdeburgicos agros malis. quando & id vtrique regioni conuenit, vt antiquiſſimis illis temporibus per excellentiam, CAMPVS, ob patentem maxime tellurem, das weite feld/ das offene feld/ vocari potuiſſe videatur. vnde Vuarnefr. & noſter: *in campos, qui FELD appellantur.* Niſi in his locis per emendationem legiſſe mauelis, pro *feld, Affeld.* vt hoc vocabulum ab antiquo idem omnino fuerit, atque, *offen feld.* Sane ſic vocat Sigebertus ad annum 479. verbis: *Sub Tattone ſeptimo rege in campis* Affeld *habitauere.* Et Vuarnefridus libro I. cap. XXIII. *Perge ait in campum Affeld.* Sic enim & hic legendum eſt: non, vt edita exempla habent, *Asfeld.* Arguit, quod & idem vocabulum repetiit

Cur in Marchia media fuiſſe videantur.

aut ad Albin.

Campi his locis patenter.

Affeld, pro, *offen feld.*

Sigebertus teſtis, & Vuarn.

Con-

Digitized by Google

appellantur. Tatone interfecto a Vuachone, ipſe aliquantiſper genti ſuae dominatus eſt. Qui ex ſua filia

Conradus a Liechtenau p. 132. prope finem: *Perge in campum, qui vocatur Affeld.* De cetero barbarum ſermonem vocat noſter, quemcunque ſibi minus cognitum. Degenerauerat autem tum, cum haec ſcriberentur, plurimum, opinor, ab antiquo Theotiſco lingua Langobardica. aut Latino, ſi mauis, vt moris erat, oppoſuerit hic ſcriptor, ſermonem barbarum: quod confirmat Vuarnefridus. — *atque Vrſpergenſis. Barbarus ſermo, qui cunque noſtro ign...tus.*

Tatone interfecto auuachoue) rem narrat Vuarn. in principio capitis XXI.

Ipſe aliquantiſp genti ſue dominatuſ eſt.) *Suae* quidem *genti:* quia Vuacho Langobardici ſanguinis, a fratre Tatonis Zuchilone, prognatus fuerat. vide Vuarn. eodem capite. — *Vuachonis genus.*

Qui ex ſua filia filium ſuſcipienſ.) Itane Vuacho propriam filiam vxorem habuerit? atque hoc dedecus tulerit innocentia huius populi? non equidem temere negem. minus enim id genus inceſtorum frequentatio, quam eruditorum aliqui contendunt, abhorret a barbarorum moribus. adeo ſemper placuerunt aliis populis, quae apud alios in deteſtatione ſumma. Noli aduerſus haec confidere commentitiis quibusdam, atque in ſchola natis, iuris naturae placitis. Fert ea, immo maiora, humani ingenii vulgatiſſima deprauatio. Verum aliter plane genitum, Vuachonis tamen filium fuiſſe regem Vualtari, tradit Vuarnefridus cap. XXI. in fine: vtri auctorum obſequaris, tibi, lector, integrum. haec eius verba: *Tertiam Vuacho vxorem habuit, Herulorum regis filiam, nomine* — *Vualtari ex filia Vuachonis genitus, an inceſtu? Vuarnefridus, qui ſecus de Vualtari, falſus. Eius inſpiciuntur verba.*

 Salin-

filium ſuſcipiens, eum Vualtari appel-

Salingam. Ex ipſa natus eſt filius, quem Vualtari appellauit.

& erroris arguuntur.

Tamen & Vuarnefridus, cum aliis qui poſtea vixerunt, eiusque hiſtoriam ſecuti ſunt, quod ad Salingam, natumque ex ea Vualtarium, erraſſe videtur: & purus eſt a tanto ſcelere, vt filiam pro vxore habuerit, Vuacho. Scilicet non filius Vuachonis, ſi recte coniicimus, fuerit Vualtari:

res expeditur.

Vualtari nepos Vuachonis.

ſed nepos e filia, per alienum generum aliquem, ſuſceptus. hoc dixerit originum noſtrarum ſcriptor parum Latinus eſſe, *filium e filia ſuſcipere.* Ita plane verius:

Lucem praetulit Palmerius.

ſi modo Palmerii diligentiae, qui nimium abeſt ab illis temporibus, fidem habere tuto poſſumus. Is enim ad annum 518. *Langobardorum* ait, *IX. Vualtarius, Vuaconis ex filia nepos, regnauit annis VII.*

Cuius tamen in alio notatur error; vnde is ortus, monſtratur.

Errauit tamen in eo Palmerius, niſi potius editores errarunt, quod Vualtari *nonum* dixit, qui *octauus* erat Langobardorum rex. Vuachonem enim fortaſſis, puto, in numero regum collocauit: atqui Tato ſeptimus fuerat, quem ſecutus Vuacho octauum locum, & Vualtari nonum occupauiſſe videbatur. Verumtamen haec ratio non conſtat: aduerſantur Vuarnefridus & noſter.

Vuacho rex Langobardorum non fuit.

Scilicet Vuacho in regum numero non habetur: qui Tatone interfecto non regnaſſe quidem, ſed exercuiſſe tantum quandam imperii vim, tutorio fortaſſis in gratiam nepotis nomine, videtur. hinc & noſter non ſane, vt in ceteris omnibus, regnum obtinuiſſe, ſed *aliquantisper genti ſuae dominatum eſſe,* ait.

Vualtari nomen Germanicum eſt, Walter.

eum vualtari appellauit.) Vuarn. loco adducto: *quem Vualtari appellauit. Vualtari* autem nomen eſt vere Germanicum, a vocabulo antiquo, **Walter /** quod eſt, *cuſtos,* **walten / verwalten /** *cuſtodire,* & **verwalter /** *villicus,* qui

lauit. Ipſe Vuaſtari, poſt Vuachonem octauus, per ſeptem annos obtinuit regnum. Poſt quem Audoin nonus adeptus eſt regnum, qui Longobardos in Pannoniam duxit. Audoin mortuo, iam decimus, eius filius Alboin, ad patriam eſt regendam electus:

---

qui agriculturae praefectus eſt, aut potius cuſtodiendae rei familiari.

poſt uuachonem octauuſ.) Vuarnefridus, qui in numero regum per omnia conuenit, libro I. cap. XXI. de eodem, *qui*, inquit, *Vuachone mortuo, ſuper Langobardos iam octauus regnauit.*

Conſentit Vuarn.

p ſeptem annos optinuit regnum). Vuarn. cap. XXII. *cum per ſeptem annos regnum tenuiſſet.*

Poſt quã audo innonuſ adeptuſ ẽ regnum. Qui longobardus in pannoniam duxit.) Legendum eſt, *poſt quem*, pro corrupto, *poſt quam*. Vuarnefr. cap. XXII. *Poſt quem nonus Audoin regnum adeptus eſt, qui non multo poſt tempore Langobardos in Pannoniam adduxit.* & Palmerius ad a. 555. *Langobardorum X. Adoynus annis XVIII.* debebat nonum regem vocare, non decimum.

Menda e membranis noſtris ſublata. & Vuarn. aduocatus. atque Palmerius.

Audoin mortuo. iam decimuſ eius filius alboin ad patriam eſt regendam electuſ.) Haec iisdem paene verbis, at paullo tamen copioſius, narrat Vuarnefridus cap. XXVII. in hunc modum: *Igitur Audoin, de quo praemiſeramus, Langobardorum rex, Rodelindam in matrimonio habuit, quae ei Al-*

Vuarnefr. adductus.

quique per Narſetam & Pannoniam

boin, virum bellis aptum, & per omnia ſtrenuum, peperit. Mortuus itaque eſt Audoin, ac deinde regum iam decimus, Alboin, ad regendam patriam cunctorum votis acceſſit. Inde Palmerius ad annum 544. adnotat: *Langobardorum XI.* (errauit in numeris bonus vir, vt ante,) *Albinus Adoyni* (ſic legendum: in editis inquinatiſſime habetur, *Adorni.*) *filius, annis XXXI.* Etiam Alboinum Marianus Scotus ad a. 579. mendoſiſſime vocat, *Alburnium:* niſi id indiligentes librarii ſubſtituerunt, pro eo, quod in vetuſtioribus exemplis eſſet, *Albuinius.* Noli grauari, lector, quod adeo prolixam iam ponimus operam in adducendis & excutiendis Vuarnefridi aliorumque verbis. Contingit iſtuc ſane praeter morem noſtrum. odi deſcriptores perpetuos, qui libros ſuos centones faciunt, & exempla aliorum. Sed ſic tamen inſtitutum ferebat: faciundum fuit. Ne tamen rerum omnino nihil ex his verborum ſordibus exſculpere nos poſſe cenſeas: memineris, eſſe liquidum ex hoc ſcriptoris noſtri loco, quam antiquum ſit e proauorum moribus, vt Langobardorum rex, quemadmodum olim hodieque Germanorum; aut populi, aut principum e populo, ſuffragiis legeretur. ita tamen, vt familiae regnatricis in primis haberetur ratio. Videntur etiam inter Langobardos, vti nobis ab antiquo reges, reuerentia magis quam imperiis praefuiſſe. Hae quidem antiquiſſimae, opinor, regendi in his populis formulae.

Palmerius, & Marianus Scotus emendati.

Excuſatio pro hoc in tenui labore.

Forma regnandi apud Langobardos, regno Germanorum perſimilis.

Quiq, p narſetam & pannoniã uocatuſ.) Legendum eſſe & emendandum cenſeo: *Qui per Narſetam ex Pannonia vocatus.* fauet quodammodo membrana, in qua τὸ & ambigue ſcriptum, & littera *m* in vocabulo *Pannoniam*

Caſtigatus noſter.

non

vocatus, in qua per LXII. annos de-

non expreſſa, ſed lineola notata eſt; plane vt ab initio hu-
ius animaduerſionis excudi iuſſimus: quod facile a manu
ſcioli, e recentiore aeuo, profectum eſſe poteſt.

qui & erroris conuincitur.

in qua. p LX. II. annoſ deguerat) Non patitur temporum
rerumque geſtarum ratio, vt haec erroris abſoluamus. Re-
ctius ſine dubio Vuarnefr. libro II. cap. VII. & qui hunc
ſecutus eſt, Conradus a Liechtenau, tradunt, XLII. om-
nino annos interfuiſſe. numerorum ergo notas per aliud
agentem librarium inuerſo ordine poſitas fuiſſe, ſuſpica-
ri licebit. Rectius enimuero etiam Sigebertus Gembla-

Sigebertus etiam aduocatus.

cenſis ad annnm 527. *Audobin,* inquit, *Longobardos in Pan-
noniam duxit: in qua habitauerunt annis 42.* & deinde ad an-
num 568. *Albuinus rex Saxonibus, aliisque gentibus ſibi aſcitis,
& Pannonia ex condicto commendata amicis Longobardorum
Hunnis; ad Italiam contendit cum omnibus Longobardorum fa-
miliis: ibique regnat ſex annis.* aliter Vuarnefridus, qui li-

Is a Vuarnefrido diſcedit:

bro II. cap. XXVIII. initio, *tres annos & ſex menſes in Ita-
lia regnaſſe,* ait. Scilicet ille a victoria Mediolanenſi, quod

Sed componitur diſſenſus, auctore Sigonio.

verius eſt; iſte ab aduentu Langobardorum in Italiam, an-
nos computauit. qua de re dudum lectores admonuit
Carolus Sigonius, in egregio de regno Italiae opere, fa-
cie paginarum, ſecundum editionem principem, 13. At

Palmerii eam in rem verba.

Palmerius ad alium annum 572. haec retulit. his verbis:
*Langobardi ingenti multitudine, cum filiis & vxoribus, & aliis
barbaris nationibus, ſub Alboino eorum rege, Italiam per Sir-
mium ingreſſi, eam poſſederunt annis 204.* In ver-

Latinitas noſtri leuiter vindicata.

bis, quae ſupra adduximus, *deguerat*, vt barbarum videa-
tur; nec alio ſeculo, niſi quibus plane iacuit Latinitas,
dignum: auctoritate tamen Symmachi ſuſtinetur, ſat bo-
ni & antiqui, nec omnino e quinta claſſe, teſtis.

inſi-

guerat, in Italiam, vniuerſa cum multitudine gratanter ingreditur, ad eandem obtinendam. Hic autem inſidiante Roſmunda, ſua coniuge, ab Helmichiſo ſuo milite, Peredeo operante, interfectus eſt. cuius poſt necem Cleb, nobiliſſimus, ad regni faſti-

Roſmunda.

inſidiante roſmunda ſua coniuge) aliis, *Roſemunda.* parum intereſt: niſi, quod illud videatur antiquius.

De Helmichiſo: & quis eo tempore Schilpor dictus.

ab helmichiſo ſuo milite.) aliis, *Helmichis;* non Helmichiſus: & deſcribit Vuarnefr. lib. II. cap. XXVIII. *qui regis Schilpor, hoc eſt, armiger, & collactaneus erat. Schilpor* haud dubie deſcendit a germanico ſchild: & ſchildper/ ſeu ſchildner/ idem eſt, qui alias, waffen-träger. Wapen enim, vel waffen/ eandem vim habet, quam Latinis vocabulum, *clypeus,* aut, *arma,* quae & interdum dici pro clypeo conſtat.

Peredeus.

peredeo operante interfectuſ eſt.) In Peredei nomine conueniunt ſcriptores. τὸ *operante* ſatis antiquum hoc intellectu, nec, puto, plane inelegans eſt: vel Corn. Tacito teſte.

De nomine regis Claffonis.

Cuius poſt necem. cleb nobiliſſimus ad regni faſtigium erectuſ eſt.) *Cleb* hominem appellat noſter, vt & Sigebertus Gemblacenſis; habent etiam quidam Vuarnefridi codices

Variant codices.

Clebem, opinor, non *Clobem:* vt Bonau. Vulcanius teſtatur in notis. Non omnino bene igitur legitur in hoc pariter, atque in Conradi a Lichtenau editis, *Cleff.* rectius, puto,

Google

gium erectus eſt. ſed poſt annum & ſex menſes a ſuo puero interfectus eſt. Poſt haec Langobardi ſub ducibus

---

puto, noſter Claſſonem dicit caſu obliquo. quo accedit, quod in Palmerio ad annum 575. legendum eſt, *Langobardorum XII.* (immo XI.) *regnauit Claphon anno I. menſibus VII.* & ad a. 578. (quin potius ad annum 571. aut 576. quo & Sigonius inclinauit.) *Claphon diem obiit.* Vtroque autem loco in editis, vt & ante de ſuperiore Claſſone, perperam legitur, *Daphon.* Ceterum hic, vt noſtro eſt *nobiliſſimus:* ita & Vuarn. *nobiliſſimum de ſuis* (i. Langobardis) *virum* dicit: quae mera videtur illius verbi enarratio: vt & paullo poſt, quando noſtri, *a ſuo puero,* haud paullo deterius reddit: *a puero de ſuo obſequio.* Fuerat enim illud probum & Latinum; atque ad intellegendum facillimum. quippe *puer* ſaepiſſime pro *ſeruo* dicitur vel miniſtro: monuimus in transcurſu, cum hiſtoriam legis Scatiniae breuiſſimam ſcriberemus: contra, *obſequium,* pro *officio cubiculariorum* dici non poteſt, niſi barbare. Non moderata Claſſonis fuit dominatio, Vuarnefrido teſte libro II. cap. XXXI. *Hic multos,* inquit, *Romanorum viros potentes, alios gladio extinxit, alios ab Italia exturbauit.* proinde nec diuturna viri potentia.

Palmerius bis caſtigatus.

Claſſonis genus e Langobardis.

Vuarn. reprehenſus.

puer pro ſeruo.

Obſequium pro familia, ſeruitiis.

Iniqua Claſſonis dominatio.

Sed poſt annum & ſex menſeſ a ſuo puero interfectuſ eſt.) Vuarnefrid eo capite, quod modo ante indicauimus: *Iſte cum annum vnum & ſex menſes, cum Maſſana ſua coniuge, regnum obtinuiſſet, a puero de ſuo obſequio gladio iugulatus eſt.* Non ſatis igitur adcurate Sigebertus duobus annis regnaſſe ait, quando ad annum 574. adnotat: *Cleb ſubrogatur regno Longobardorum, regnat annis 2.*

Vuarn. adductus.

Sigebertus notatus.

Digitized by Google

per X. fuerunt annos. ſed communi conſilio Antharim, Claſſonis filium,

Poſt hec langobardi ſub ducib' per X. fuerunt annoſ.) Vuarn. cap. XXXII. *Poſt cuius mortem Langobardi per annos decem regem non habentes ſub ducibus fuerunt,* agnoſcis verba paene eadem: quae enarratione tantum, eaque ſat frigida, diffundere conatur Vuarnefridus: quo enim illa, *regem non habentes?* quaſi eiusdem rei intellectus, in reliquis quae dicuntur, non lateat. Hoc tantum loco membrana noſtra, *Langobardos:* placet nihilominus illud, quod & conſtanter tuetur Paulus. Etiam, ſi mihi credis, non plane, vt aliqui faciunt, explodenda eſt vocabuli illius deriuatio, a promiſſis barbis; quaſi lang-bårte/ ob trucem populi bellatoris ſpeciem, ab antiquo dicti ſint: cum nihil magnopere aduerſus hanc ſententiam, niſi me fallit opinio, moueri poſſit. quare ergo reiiciamus antiquiſſimam opinionem? At viciſſim, vt id obtineat, fabulis nil opus eſt, gerriſque germanis, quibus ſententiam adſtruere conatur Vuarnefridus, prolixus nimirum, pro more ſuo, nugator.

Et hic Vuarn. cum noſtro comparatus.

Scribendum, Langobardi: non Longobardi

Princeps vocabulo deriuatio adſerta.

At nihil moramur Vuarnefridi nugas.

Sed commum conſilio antharim claſſonſ filium in regnum pficiunt.) Vuarnefr. libro III. cap. XVI. *Tandem communi conſilio Authari Clephonis filium, ſupra memorati principis, regem ſibi ſtatuerunt.* Et hoc ſeruant ceteri hiſtoricorum, vt *Authari* ſcribant, non, *Antharim:* Sigebertus inprimis: qui ad annum 586. *Longobardi,* ait, *Aucthari regem ſibi ſtatuerunt: eumque ob dignitatem Flauium appellauerunt.* Nihilo minus, cum hi omnes e Vuarnefrido ſolo ſapiant, *Antharis* potius, quam *Authari,* verum regis nomen fuiſſe cenſeo: cum illud neſcio quid habeat linguae Langobardorum

Vuarnefridi verba.

De Antharis nomine dubium.

Sigebertus adductus.

Probatum de vera ſcriptura.

Digitized by Google

in regnum praeficiunt. qui, vt tradunt, veneno accepto, mortuus eſt.

dorum id temporis conuenientius. *Anthari* enim eſt, Ender/ hodieque peruulgatum nomen: vt *Vualtari*, Walter. Iam vero Ender dicitur ab, ende; & ſignificat: *finitorem, patratorem, conſummatorem.* Quod ſane nomen honorificum ſatis haberi poterat, ſi quis ſummarum quarumque rerum finitor diceretur. Accedit, quod in ſummis capitum, quae haud dubie ſat antiqua manu, niſi ab ipſo Vuarnefrido, conſcriptae ſunt; vt eas Bonau. Vulcanius edidit, ad librum III. cap. XXVII. XXVIII. XXXI. XXXIII. XXXIIII. facie paginarum 79. aliquoties legitur: *Anthari*, loco, *Authari.* Quin & Palmerius ad annum 587. *Langobardi regem ſibi praeficiunt Antharim Claphonis filium, qui Flauius dictus eſt: a quo Flauii deinde reges ſunt cognominati. Fuit hic rex tredecimus,* (laborat numerus, vt antea ſubinde monui.) *& regnauit annis VII.* Nec me dimouet ab hac ſententia, quod in Vuarnefrido membraneo ſat vetuſto, qui Lipſiae eſt, habetur, *Authari* potius, quam, *Anthari.* Plus enim adhuc in illis argumentis ineſt, niſi fallor, ponderis. Inſpexit autem illum eo nomine codicem, meo abſentis rogatu, amiciſſimus nobis adoleſcens, isque perquam eruditus & cordatus, Henr. Chr. Senkenberg, traiecto ad Mogum in Franconibus oriundus.

Anthari, vnde.

Palmerius teſtis vocatus.

Leuis aduerſus haec codicis antiqui auctoritas.

Qui ut tradunt ueneno accepto mortuus eſt.) Vuarnefr. libro III. cap. XXXVI. *rex Authari apud Ticinum nonas Septembris veneno, vt tradunt, accepto moritur.* In noſtra membrana verba, *vt tradunt*, rectius, & conueniente magis loco, interiecta ſunt, quam in illo. Antharis regnauerat annos

Vuarn. verba reprehenſa.

Digitized by Google

Huic ſucceſſit Agilulf, qui per ſuam coniugem Teudelinguam, Gregorio papa monente, ſtatuit cum Romanis

Sigebertus laudatus, notatusque Sigonius.

annos ſex: non male igitur Sigebertus mortem eius refert ad annum 592. ceterum de veneno tacet. Viciſſim non video, qua re motus Sigonius, Antharis obitum anno 590. contigiſſe velit. Adi, ſi lubet, ipſum, de regno Italiae, libro I. facie paginarum 29. Quid ſi ſeptem annos regnauit Anthari, vt Palmerius ſuas ſubducit rationes? tanto quidem Sigonius impeditior.

Vuarnefridus auditus & notatus.

Huic ſucceſſit agilulf qui per ſuam coniugem teu delinguam gregorio papa monente ſtatuit cum romaniſ pacem.) In nomine Agilulfi conueniunt hiſtorici. Vuarnefridus aliquanto copioſius, quam in noſtro; libro IIII. cap. VIII. *Rex igitur Agilulfus,* inquit, *rebus compoſitis, Ticinum repedauit.. Nec multum poſt, ſuggerente maxime Theudelinda regina, ſua coniuge*, (quo autem haec, quae ſexcentis locis inculcauerat, niſi haec quae abundant verba, *ſua coniuge*, deſcribenti ſuccreuiſſent?) *ſicut eam beatus Gregorius ſuis epiſtolis ſaepius admonuit,* (enarrat Vuarn. verba noſtri, *Gregorio monente.*) *cum eodem ſanctiſſimo papa Gregorio, atque Romanis, pacem firmiſſimam pepigit.* Sigebertus hunc ſecutus ad annum 596. *Agilulphus rex Longobardorum in Romanos inſurgit: ſed agente Theudelinda regina non multo poſt cum eis foedus iniit.* Aliter ergo in noſtro eſt *Teudelingua*, quam in illis; *Theudelinda,* atque apud alios, *Theodelinda.* Illud omnino mauelim, vt ſit *Teudelingua,* vel *Theudelinga* Theotiſce dicta, blando quaſi atque a mammis deducto nomine, **deutelinq.** veluti Latinis eſt, *Mammula:* vt & *Barbulas,* & *Pappulos* habemus ὑπὸ τοῦ παπποῦ niſi

Sigebertus etiam vocatus. De Theudelingae nomine, vnde deſcendat: & quomodo dici poſſit:

niſi *Tappulus* potius legendum eſt, apud Liuium aliquoties, vbi de Villiis. Quidquid eius rei ſit, hoc ſaltem certum eſt, mammas, non vbera tantum ſignificare; verum etiam matres: vnde hae quidem *mammae* apud Romanos antiquitus dicebantur; & patres, *tatae:* veluti docet vulgatiſſimum illud Martialis.

exemplis e Latio monſtratum. Martialis aduocatus:

Mammas atque Tatas habet Afra: ſed ipſa Tatarum
Dici, & Mammarum maxima Mamma poteſt.

Hoc epigramma, quia lepidiſſimum eſt, atque vitium quod tangitur hodieque inter femellas noſtrates, ſaltem dum matrimonio abſtinent, peruulgatum; vt etiam ſi ſint grandiuſculae, velint tamen aeternum puellae videri: lubet, ſi quidem licebit huic homini, iocari ἐν παρέργῳ, & eandem rem Germanicis, quos ab infantia prope exercuimus, pingere verſibus. hoc modo:

eiusque loci in rem noſtram verſi.

Sie nennt/mein artges kind/Mama/und bald Papa/
Mit ſchöner freundlichkeit/ ſo viele gute leute:
Doch glaubt die böſe welt; daß ſie die Groß-Mama
Von dieſen Müttergen und Vätergen bedeute.

Verum iam hoc agamus. ſeria reuocant. rara in his litteris Saturnalia. Latinorum ergo *tata* quid obſtat, quin a Theotiſco *Teuta,* vel, quod verius eſt, *Theuta,* multo magis, quam a Graecis, τέττα, aut ἄττα, deſcendat? *Theuto* autem, opinor, dicebatur quaſi parens populi & tutelaris; vt *Theuta,* (quod hodie ſcribendum eſſet, deute / dutte / pingebant enim noſtrum d antiqui per th.) natura, omnium rerum parens. Quae cum omnia, quae genuit, nutriat etiam liberaliter; vt ab Aegyptiis, Graeciſque mammarum vel vberum ſymbolo adumbrata eſt; vnde, quae ſaepiſſime pictae, fictae, fuſae, ſculptaeque extant, naturae multimammiae imagines: vt & ipſi loci muliebres naturae ſanctiſſimo, nec a ſcurris & vernulis profanando

Romanorum *tata,* vnde.

***Theuta,* antiquae natura dicta;**

vocabulo, honeſtantur; quare & Gallorum aliquos miſere ſaepius abſtinere comperi verbo, *la nature,* ne laedant, nempe quibus prurigo cordi eſt: quod leuitatem hominum arguit; non enim voci puriſſimae flagitium, ſed moribus inhaeret: vt haec, inquam, dicuntur; ita & antiquiſſimi Germanorum, inter quos & Langobardi, naturam, & matrem, & mammas, eodem, opinor, vocabulo dixere, *Theuta.* Sunt autem hodieque, qui vbera germanice dicant, die dutten. quo de vocabulo ſi diminutivum, vt vocant Grammatici, antiqua lege formare velis; erit, düttling: vt Francorum auſtralium vulgus hodieque, ein töpfling/ vel töpflich/ vrceolum; ein pferdling/ vel pferdlich/ equuleum; ein ſchüſſeling vel ſchüſſelich/ patellam, ſcutellam; ein ſtützling/ columellam; die füchling/ füchlich pullos: atque id genus ſexcenta alia. inde fuit, quod ſeculis ſuperioribus dicebant abiecto, vt molliter flueret, g; ein töpflin/ pferdlin/ cetera: deinde, ein töpfflein/ füchlein/ & eodem modo in reliquis. hodie & haec faſtidiuntur, quando Saxones reddiderunt pro antiquo, ling/ aut lichen/ terminationem gen. adeo quae olim erat, magdling/ deinde mägdlein/ hodie eſt, mädgen. Puto, eadem ratione Hetruſcam linguam ab Langobardis ſuum in diminutiuis accepiſſe *lino.* ita *collino,* eſt, tumulus: *pouerino,* pauperculus: *berettino,* pileolus: quae ſequuntur. Hac ergo forma Teutelingua, quaſi mammula aut mammella; aut honorifice dicta ſit, pro filia naturae, vel matre populorum: aut vero blande, pro pulchella & molliculа: *Theudelinga,* hoc eſt, düttling/ de quo abunde ſupra diximus. Prope, vti hodie blande paſſim virgines appellamus, fräulein/ *mulierculam:* quod & puellis noſtratibus adeo gratum eſt vocabulum; vt prae eo virgines audire nolint. Et haec de celeberrimo, quod magni exempli

& vbera.

quomodo deſcendat a Theuta, theuteling.

vt nomina Germanorum flectantur:

& Italorum.

Quid ergo Theudelinga?

pacem. Is poſtquam XXV. regnauerat, diem clauſit extremum. Adaloald poſt patri ſucceſſit: decem cum matre annis regnauit. Sed hunc regno eiecerunt Longobardi, & eius in loco Arioald electus eſt in regnum.

pli reginam decuit, nomine, per ſeria iocosque, perſcripſimus. tantam quaſi de nihilo ſurgentem, & in vno vocabulo, hiſtoriam, tu quidem lector, ſi aequus es, minus grauaberis.

Is poſtquam XXV. regnauerat diem clauſit extremum.) Deeſt, *annos*, in noſtro. Vuarnefr. libro IIII. cap. XLIII. iisdem verbis: *Igitur Agilulfus rex, qui & Ago eſt appellatus, poſtquam viginti & quinque annos regnauerat, diem clauſit extremum.* Sigebertus ad annum 617. *Agilulfo Longobardorum rege mortuo, Adaloaldus filius eius regnauit annis 13.* In Palmerii de temporibus libro numerorum error eſt. adnotat enim is ad a. 593. *Langobardorum XIIII.* (imo XIII.) *regnauit Agilulfus annis 55.* emenda 25. Vuarnefr. adductus, & Palmerius emendatus.

Adaloald poſt patri ſucceſſit. decem cum matre annis regnauit. cetera.) Vuarn. eod. cap. *Sed cum Adaloaldus euerſa mente inſaniret, poſtquam cum matre decem regnauerat annis, de regno eiectus eſt, & a Langobardis in eius loco Arioaldus ſubſtitutus.* Arioaldum praetermittit Sigebertus ad annum 630. verbis: *Adaloaldo Longobardorum rege mortuo, Rotharith regnauit poſt eum annis 16.* multifariam hic fallitur Sigebertus. Si enim Vuarnefrido, noſtrisque membranis, maior fides, quam illius chronicis, vti aequum eſt, habetur: Vuarnefr. de Arioaldo. Sigeberti errores in re eadem notantur multi.

primo

temporum inter hos reges animaduerſio.

primo inter Agilulfum mortuum & Rotharium regem factum, non XIII., quot ille computauit, ſed XXII. anni interſunt: regnauit enim Adoloaldus X. Arioaldus XII. annis. deinde nec illius regis, nec huius obitus, incidere poteſt in illum annum, quo Sigebertus Adaloaldum fuiſſe mortuum mendoſiſſime voluit. demus enim, Agilulfum vita defunctum, ſecundum haec chronica, anno 617. tum Adaloaldus priuatus regno fuerit, non mortuus, anno 627. aut 688. Arioaldus autem morte ſublatus, &

deinde exitus eorum.

Rotharius, (ſic ſcribendum eſt, non, *Rotharis* aut *Rotharith*;) ad regnum euectus an. 639. 640. conſtat etiam, Adaloaldum e regno non morte, quod Sigebertus putauit, ſed moribus excidiſſe: nec ad vltimum praetermittendus erat in regum numero Arioaldus. Verum hoc quidem

Queela de ſcriptoribus illius aeui.

mirum non eſt: saepius eo more ceſpitant exilium chronicorum miſelli ſcriptores: quibus vnis ſi fidem habeas, litus arabis, fortunamque pennis tenebis. Et haec in

De nominibus regum. Agilulfus, vnde:

temporum rationibus: de nominibus contra ſatis vbique conſtat. at vnde haec vocabula, cum Theotiſca esſe dubium nullum ſit, non aeque liquet. *Agilulfus* eſt: quem, ludere ſi velis, dictum eſſe intellegas, quaſi Aigilwulff/ *prolem ſiluaticam*, vel *quernam*, aut *lupum ſilueſtrem*:

& Adaloaldus.

& *Adaloaldum*, quaſi, Adelwald/ *generoſam propaginem*. Aut e diuerſo hiſtorici, rerum omnium imperiti, nomina duorum regum, diuerſim confundendo, corruperint; dixerintque *Agilulfum* & *Adaloaldum*, pro *Agiloaldo*, & *Adiloulfo*: quae nomina iam minore conatu conuerti poſſent, intellegique vt, Aigilwald/ vel vt hodie ſcribimus, Eichelwald/ *ſilua querna*, & Adelwulff/ vel Edelwolff/ *proles generoſa*. quod deinde inquinate ſcriptum eſt, etiam recenti aeuo

Eitelwolff vnde corrupto tractum.

frequentatum nomen, Eitelwolff. Wulff enim Germanis ab antiquo idem erat, quod Latinis, *catulus*, inde,

wülffeln/

Digitized by Google

Hic poſt XII. annos, quibus regnaverat, defunctus eſt. ✳ ✳ ✳

wülffeln / *catulos parere.* Poſtea *Arioald* ſine dubio ſit, Heerwalt / *dux exercitus,* aut Herold / vel Ehrenhold / *cuſtos morum atque rituum.* idem ſignificatus exiſtet, ſi dicas, Ehrenwalt. Iam *Rothari* eſt roth-haar / aut roth-barth / *rufus:* de quo vix dubitari poteſt. Et haec veluti ioco, vt in incertis quis enim id genus ſuſpiciones extra omnem dubitationem poſuiſſe velit, & ſerio contendat, niſi oppido vanus? Eadem tamen forma & Vuarnefridus, nomen Lamiſſionis extitiſſe, ait *libro I. cap. XV.* a vocabulo Langobardico LAMA: quia Lamiſſio in piſcina, aut potius, vt opinor, in loco vliginoſo vel limoſo eſſet repertus. Limus autem antiquis, puto, fuerat, *laima*, hodie, leimen. vnde deſcendere poterat laimiſch / *lamiſo,* leimicht.

Arioald quemadmodum dicatur. *Rothari,* vnde. Haec aliud quaſi agendo. *Lamiſſio* a *Lama* qua ratione.

Hic poſt XII. annoſ quibus regnauerat defunctuſ eſt.) Vuarnefr. libro IIII. cap. XLIIII. *Igitur Arioaldus, poſtquam ſuper Langobardos XII. annis regnum tenuit, ab hac luce ſubtractus eſt.* In fine membranae noſtrae pauciſſima deſunt verba, iniuriis temporum ſublata: quae in hunc modum e Vuarnefrido, niſi fallor, reſtitui poterunt: *Rothari genere Arodus electus eſt.* Vixerit ſub hoc rege, quicunque origines eas conſcripſit; an aliam ob cauſſam hic ſubſtiterit vel ipſe, vel leuis ignauusque, qui deſcripſit, librarius: incertum eſt. tamen, cum de cetero diligentia, vel argumento eius adcurationis, quam litterarum oſtendunt notae, deſiderari in hac ſcriptione nequeat. vndecunque ſit, temere ſic finitam non puto. Praeterea, quae in medium adferamus his rebus illuſtrandis, non habemus: ſubſiſtendum eſt: vale, lector.

Vuarnefr. verba. Vltimum membranae noſtrae. eiusque ratio. Concluſio.

E AD

AD LECTOREM

Poterat deſiderari, ad intellegendas origines noſtras, copioſior aliquanto Langobardorum hiſtoria, quam epitomes editae breuitas exhibet: praeſertim, quando Vuarnefridi copia paucis eſt. Viſum igitur, eam Langobardorum hiſtoriam, quam Vrſpergenſis abbas chronicis ſuis immiſcuit, ſeparatim recuſam dare, & his originibus, in loco adnectere. Barbara quidem dictio: res plurimis locis abſurdae narrantur: fabulis plena omnia: ſed argumentum nobiliſſimum, omnes naeuos, illis temporibus proprios & veluti neceſſarios, facile excuſat. Eo autem damus libentius, quod & notis & emendationibus, ad oram libri conſignatis, hanc chronicorum partem dare licuit auctiorem, caſtigatiorem: nec opportunam tantum, ſed & in rem tuam, lector, vtiliorem. Vtimur viri cordatiſſimi, Schmeizelii noſtri diligentia, qui, quantum varient codices, ad nos, vt rogaueramus, perſcripſit. In fine, eandem ob cauſſam etiam alia quaedam, ex aliis ſcriptoribus, acceſſere: quibus & tu vteris, lector, nobisque fauebis.

CONRADI A LIECHTENAV

HISTORIA LONGOBARDORVM

Falſa, ſed vulgo credita, migrationum a ſeptemtrionibus, cauſſa.

SEptentrionalis plaga, quanto longius eſt ab ardore ſolis, & frigida de aſſiduis niuibus, tanto ſeniores homines ſemper habet, & eo aptior eſt ad multiplicandas gentes. * Vnde fit, vt tanta multitudo populorum in ea parte naſcatur, quae ibi viuere non poſſit, ſed in partem meridianam alii pretio vendantur, alii ſponte egrediantur. Qua de re, vt in hiſtoria Gothorum dictum eſt, multae gentes ex

* *vide ſupra commentarium noſtrum pag. VI.*

eisdem

eiſdem partibus exierunt, Gothi, Gepidae, Rugi, Vuandali, Heruli, Turcilingi, Huni, qui & Auares, ſimiliter & Vuinuli, qui & Longobardi. Eſt itaque inſula quaedam in partibus Septentrionalis Oceani, dicta Scandanauia vel Scanzia, quae vt quidam dicunt, non eſt in Oceano poſita, ſed propter planitiem eius, vnde * maris exaeſtuationes circumdant eam. In hac ergo, dum multus populus excreuiſſet, ita vt in ea habitare non poſſet, conſilio inito, multitudo illa omnis in tres partes eſt diuiſa, quaeſitumque eſt per ſortis diuinationem, *quae pars ex illis patriam relinquere, nouasque ſedes deberet exquirere.* Igitur illa pars, quam ſors iubebat exire, ordinauit ſuper ſe duces fratres duos, Ibor & Agionem**; aetate iuuenes, & corpore aliis maiores & valentiores: quorum mater Gambara erat ſapientiſſima, & conſiliatrix optima, de cuius prudentia magnam confidentiam omnes habebant. Oſculantes igitur parentes & amicos, receſſerunt: *** venientesque in regionem Scoringam, aliquantos annos ibi ſederunt. Illo itaque tempore Ambri & Aſſi, duces Vandalorum, fortiter premebant vicinas ſibi regiones, & cum iam gloriarentur de multis victoriis, mandauerunt Vuinilis, qui & Longobardi, *vt aut tributa illis darent, aut ad pugnam ſe praepararent.* Tunc Ibor & Agio, per conſilium matris ſuae Gambarae, definierunt, *melius ſibi eſſe, aut pugnando mori, aut per arma defendi, quam tributis turpiter ſubdi.* miſeruntque legatos Vuandalis: *ſe paratos eſſe, ad pugnandum magis, quam ad ſeruiendum.* Commiſſo vero proelio, Vuinili, pro libertatis gloria fortiter pugnantes, victoriam habuerunt. Sed poſtea famem magnam paſſi, in eadem prouincia Scoringa, † valde humiliati ſunt. De qua exeuntes, venerunt in Maringam ††, indeque item in Godolandam * prouinciam, & ibi aliquanto tempore ſteterunt. Mortuis interea Ibor & Agione ducibus; Longobardi iam no-

Populorum, qui ex illis terris exierunt, potiorum nomina.

Scandinauia leuiter deſcripta.

Ex hac Langobardi quomodo egreſſi.

Melius haec Vuarn. L. I. cap. II.

IBOR ET AGIO DVCES.

Vuarn. I. cap. VII.

BELLA CVM VVANDALIS.

VINCVNT VVINVLI.

* *Malim hic legere*, vndae maris exaeſtuantis. ** *M. S. Ienenſis* Aionem. *** *M. S. Ien. loco*, receſſerunt, *habet*, ire ceperunt. *quod valde probo*; *deinde*, Amber & Aſſi. † *leg.* Sciringa: *dixi ſupra.* †† *leg.* Moringam, *aut* Mauringam, *vt in Vuarn.* * *M. S. Ien. pro* Godolandam, Glodolandam.

 nolen-

AGELMVNDVS REX.

lentes habere duces ſuper ſe, Agelmundum regem ſibi primum conſtituerunt, ad ſimilitudinem aliarum gentium: qui regnauit ſuper eos annis XXXIII. Fuit autem Agelmundus, filius Aionis, de gente Thuringorum, * quae gens apud eos melior & fortior eſſe dicebatur. His temporibus quaedam meretrix in vno partu ſeptem filios generauit, vltraque beſtiam ** crudelis, in piſcinam eos iactauit. Quam piſcinam, cum praedictus Agelmundus forte praeteriret, videns infantulos, doluit, haſtamque mittens, eos huc illucque voluit. Quorum vnus cum apprehendiſſet haſtam regis, miſericordia motus rex, leuauit eum de aqua, dicens: *Quia iſte magnus futurus eſt:* & cum omni ſtudio dedit eum ad nutriendum. Et quia eum de piſcina leuauit, eorumque lingua aqua *lama* dicitur; *Lamiſſio* *** ei nomen impoſuit. Qui cum creuiſſet, factus eſt fortiſſimus pugnator, & ſapientiſſimus, † & poſt Agelmundum ipſe regnauit. Defuncto poſthaec Lamiſſione, rege ſecundo, tertius regnauit Lethus. †† Qui cum regnaret annis quadraginta, filium ſuum Childeoc quartum regem reliquit. Et hoc defuncto, regnauit Godeoc. Quo mortuo, filius eius Calpho * regnauit ſextus. Et iſto mortuo, regnauit ſeptimus Tado. Poſt haec egreſſi Longobardi de Rugulanda, ††† quae Latino eloquio Rugorum patria dicitur, habitauerunt in apertis campis, qui ſermone Barbarico appellantur, *Felt.* In quo loco dum per tres annos habitaſſent, pugna ſurrexit inter Tadonem & Rudolphum regem Herulorum, qui prius amici fuerunt: & hoc fuit malum, vnde in eos diſcordia intrauit. Frater Rudolphi regis pro cauſa pacis ad Tadonem venerat, & cum ad ſuam patriam reuerti vellet, ante domum Rumetrudae filiae regis tranſiit. Illa vero cum videret multos viros nobiles ire cum eo, interrogauit quis eſſet, dictumque eſt illi,

LAMISSO REX, VT natus.

LETVS REX.

TATO REX.

BELLVM CVM HERVLIS.

CAVSSA INIVRIARVM pro ingenio populi inepta.

* *Quid Thuringorum? Vuarnefr. L. I. cap. XIIII. praefert,* Gungincorum. ** *M. S. Ien.* vtque beſtia. *** *M. S.* Lamiſſo, *conſtanter.* † *M. S.* fortisſimus, pugnatorque ſapientisſimus. *probe.* †† *M. S.* Letus. *Idem*, Chideoc, Gedeoc. *dixi ſupra* * *emenda pro* Calpho, Clapho. ††† *M. S.* Rugilant, *rectius.*

quod

quod frater Rudolphi regis fuiſſet. Tunc iſta miſit puellam, quae eum inuitaret, vt dignaretur cum ea bibere. Qui vt hoc audiuit, cum ſupplici corde venit. Sed quia modicam ſtaturam habebat, puella ſuperba & glorioſa, deſpiciebat eum, & deridebat. Ille autem talem verecundiam non ſuſtinens, amplius eam iniuriauit. Illa vero accenſa ira foeminea, malum quod in mente conceperat, compleuit. Finxit enim ſe per patientiam laetam eſſe, & inuitans eum ad ſedendum, fecit eum in tali loco ſedere, vbi feneſtra erat poſt dorſum eius, & ne ille aliquam ſuſpicionem mali poſſet habere, pannum precioſiſſimum ante feneſtram iuſſit tendere, dixitque pueris ſuis, vt in qua hora diceret, Miſce, illi eum a dorſo lanceis transforarent. Sicque factum eſt. Quod cum Rudolpho regi nunciatum eſſet, nimis iratus de tam funeſta morte fratris ſui, disrupit pacem, quam cum Tadone rege habuit, & ei pugnam indixit. Cumque veniſſent ambae partes in campum apertum, * Rudolphus ſuos mandauit ad pugnam, ipſe vero in tentorio ſedens, iocabatur ad tabulam, non dubitans aliquid de ſua victoria. Gens enim Herulorum multum docta erat pugnandi: & vt leues eſſent ad pugnandum, omnis nudi pugnabant, ſolummodo verenda corporis membra cooperientes. Rex vero indubitanter de virtutibus eorum confidens, ſecurus, vt diximus, ad tabulam iocabatur, ** vnum tamen de ſuis in arborem iuſſit aſcendere, qui ei victoriam ſuorum nunciaret, promittens ei ſe caput eius abſcindere, ſi Herulos ſuos nunciaret fugere, & Longobardos fortiter inſtare. interrogatus a rege, *quid Heruli facerent*: reſpondit, *optime pugnant.* Nec auſus fuit antea dicere malum quod videbat, quam omnes Heruli terga vertebant. Tunc quamuis tarde vocem emiſit, dicens: *Vae tibi miſera Herulia, Dei coeleſtis ira percuſſa.* Rudolphus vero hoc audiens, commotus ait: *Forſitan Heruli mei fugiunt?* Ille dixit: *Non ego,* *** *ſed tu rex dixiſti.* Tunc, vt in VICTORIA LANGOBARDORVM.

* *De campo aperto, Germanice,* Affeld, *vide ſupra pag. VIIII. a tergo.* ** iocari, *aliquoties, pro,* talis ludere. *male.* promittere, *pro,* minari, *& quis omnes* ἀκυρολογίας; *** *M. S. Ien.* Hoc non ego.

talibus fieri ſolet, rex ipſe & omnes qui cum eo erant turbati, quid agerent, neſcierunt. * Longobardi vero ſuperuenientes, regem & omnes qui cum eo erant, occiderunt. Herulorum vero exercitus, dum huc & illuc fugeret, tanta ira de coelo ſuper eos venit, vt frutices virides in campo videntes, aquas eſſe putarent, & dum quaſi ad natandum brachia extenderent, crudeliter ab hoſtibus caedebantur. Longobardi itaque victores effecti, praedam magnam inter ſe diuiſerunt: Tado vero vexillum & galeam Rudolphi regis accepit, quam poſtea ſemper in bello ** portauit. Ex illo tempore Herulorum virtus ſic humiliata eſt, vt ſuper ſe regem amplius non haberent. Longobardi vero ex hoc diuites facti, ceperunt de propria voluntate pugnas quaerere, & gloriam virtutemque ſuam vbique extendere. Poſt haec Tado de ſua victoria non multum laetatus eſt: nam irruit ſuper eum Vuacho, filius fratris ſui Zuchilonis, & occidit eum. Tunc Hildegis filius Tadonis pugnauit aduerſus Vuachonem, ſed vicit eum Vuacho. Qui fugit ad Gepidos, & ibi mortuus *** eſt. Pro qua cauſſa Longobardi cum Gepidis ex eo tempore inimicitias habuerunt. Habuit autem Vuacho vxores tres: primam Ranigundam, filiam regis Thuringorum, deinde tulit Auſtrigoſam filiam regis Gepidorum; de qua fecit duas filias, nomen vni Vuiſelgarda, quam Theodebertus rex Francorum tulit vxorem, altera dicta eſt Vualderada, quam iterum tulit vxorem Chuſabaldus rex Francorum, quam odio habens, dedit vni de ſuis, qui dicebatur Gariebald, † in coniugium. Tertiam vxorem habuit Vuacho. Salingam, filiam regis Herulorum, e qua †† natus eſt Vualthari, qui patre mortuo, ſuper Longobardos regnauit octauus. Iſti omnes Litingi fuerunt, de quadam ſtirpe, quae nobiliſſima dicebatur apud eos. Vualthari regnauit annis VII. & mortuus eſt. Poſt quem regnauit nonus Audoin, qui poſt non multum tempus Longobar-

HERVLORVM CONSTERNATIO fabuloſe depicta.

TATONIS mors. *Vuarn. L. I. cap. XXI.*

VVACHONIS VXORES.

VVALTARI REX.

AVDOIN.

* *M. S. Ien.* neſciebant. ** *M. S.* in bello ſemper. *** *M. S. pro,* mortuus, moratus, *quod probo.* † *M. S.* eam dedit. *d.* Geribaldus. †† *M. S.* de qua.

dos

dos in Pannoniam introduxit. Hic habuit vxorem Rodelindam, quae peperit * filium Alboin, qui fuit fortis & aſtutus in omnibus. Gepidis igitur cum Longobardis rixam facientibus, pugnam ſibi ambae partes praeparant. Commiſſo itaque praelio, dum ambae partes fortiter pugnarent, & in nullam partem terga verterent, contigit vt in ipſa pugna Alboin, filius Audoin, & Thuriſmundus, ** filius Thuriſindi, regis Gepidorum, ſibi inuicem obuiarent: ſed Alboin Thuriſmundum ſpata percutiens de equo deiecit, & ſic mortuus eſt.

ALBOINI FACINVS. *Vuarn. L. I. cap. XXIII.*

Gepidi vero videntes filium regis mortuum, in quo magnam habebant fiduciam, ſtatim fugerunt. Longobardi autem ſequentes illos fortiter ſternunt, multisque ex eis occiſis, ad ſpolia recurrunt. Finita victoria, Longobardi ad ſua loca cum redirent, rogauerunt regem Audoin; *vt filium ſuum Alboin ſecum ad menſam permitteret ſedere & prandere; eo quod per eum victoriam haberent, vt ſicut patri ſuo ſocius fuit in periculo, ita eſſet in conuiuio.* Sed pater Alboin *** reſpondit eis: *Hoc facere non poſſum, vt rumpam conſtitutam legem gentis noſtrae. Vos ſcitis talem conſuetudinem apud nos eſſe, vt filius regis cum patre ſuo ante non prandeat, quam ab extraneo rege arma recipiat.*

LANGOBARDORVM aduerſus Gepidas VICTORIA.

ALBOINI DIGNITAS AVCTA.

Alboin vt hoc audiuit a patre, tulit ſecum XL. iuuenes, & perrexit ad Thuriſmundum regem, cum quo antea pugnauit, & pro qua cauſa veniſſet, ei indicauit. Rex autem bene ſuſcepit eum, & inuitauit ad prandium, fecitque eum ſedere ad dextram ſuam, vbi filius eius Thuriſmundus ſedere conſueuit, quem Alboin interfecit. Poſtquam autem iam laeti facti ſunt, Thuriſindus, rex videns interfectorem filii ſui ſedere in loco eius, alta traxit ſuſpiria, & dolorem quem habuit in corde, aperuit, dicens: *Amabilis eſt mihi locus iſte, ſed perſona quae ibi ſedet, multum mihi grauius eſt ad videndam.* Tunc alter filius regis audiens ſermones patris, ira ſuccenſus eſt, & Longobardos nimis iniuriare coepit, & quia faſciolas albas habebant in cruribus, deridebat eos dicens: *Ti-*

Vuarn. L. I. cap. XXIIII.

MS. Thuriſindis rex.

* *M. S. Ien.* peperit ei. ** *M. S.* Thuriſmodo, *conſtanter*, *nec*, Thuriſmundus. *conſentit Vuarn.* *** *Emenda e M. S.* pater Audoin.

bias

bias albas habetis vsque ad pedes, & ſimiles eſtis iumentis variis, & foetus facientibus. * Tunc vnus ex Longobardis ſic illi reſpondit: *Perge in campum, qui vocatur AFFELT,* ** *& ibi ſine dubio cognoſcere poteris, quales ſunt iſti, quos tu iumentis ſimiles eſſe dixiſti: quomodo* *** *poſſunt calcitrare. ibi enim inuenies oſſa fratris tui diſperſa, quaſi de vili iumento, in mediis pratis.* Gepidi haec audientes, & turpitudinem tantam non ſuſtinentes, nimis irati ſunt, & de tam manifeſta iniuria ſe vindicare voluerunt. Econtra Longobardi ad pugnam ſe praeparantes, omnes apprehenderunt gladios. Rex vero ſurgens a menſa, in medium illorum ſe miſit, & ſuos ab ira compeſcuit, iurans, *ſe illum occidere, qui primus auderet pugnam committere.* Dixit enim: *Non eſt illa victoria adeo † placita, cum quis in domo propria inimicum ſuum in pace ſuſceptum occiderit.* Et ſic pace †† inter eos facta, iterum laeti conuiuium ineunt. Completo conuiuio, Thuriſindus rex tollens arma filii ſui Thuriſmundi, tradidit ea Alboin, & ſaluum illum in pace dimiſit. Alboin vero reuerſus ad patrem ſuum, conuiua eius factus eſt. Et dum ad menſam cum patre ſuo ſederet, dixit illi omnia quae circa eum facta ſunt, & omnes qui aderant, admirantes, ††† laudabant Alboin, pro audacia ſua, Thuriſindum, pro tali fide maxima.

IVSTINIANI IMP. RES GESTAE. *Vuarn. L. I. cap. XXXV.*

His temporibus Iuſtinianus Imperator Romanum regebat imperium, qui per Beliſarium patricium multas victorias perfecit, leges renouauit, eccleſias reparauit, baſilicam quoque, quam ad *ἁγίαν σοφίαν*, id eſt, ſanctam ſapientiam nominant, * fabricauit: cuius opus in tantum ſuper omnia aedificia excellentius aeſtimatur, vt in tantis terrarum ſpatiis ei ſimile non inueniatur. Tunc etiam Caſſiodorus, Dionyſius, Arator,

VIRI eo tempore CELEBRES.

Romae claruerunt; Priſcianus Conſtantinopoli floruit, S. quoque Benedictus virtutibus effulſit. Igitur Audoin mortuus eſt, & Alboin filius eius regnum accepit. Qui cum eſſet no-

ALBOINVS REX.

* *Foetulas equas dicit Vuarn.* ** *M. S.* Asfeld. *** *M. S.* & quomodo. † *reſcribe,* a Deo, *pro,* adeo. †† *M. S.* qua ſic pace. ††† *M. S.* ammirantes. & Thuriſindum. *M. S.* nominauit.

mi-

minatiſſimus & fortis multum, Clotharius rex Francorum, filiam ſuam nomine Glotſuindam, * dedit ei in coniugium, de qua fecit vnam tantum filiam, nomine Albſuindam. Interea mortuus eſt Thuriſindus rex Gepidorum, & accepit regnum Chunimundus. Qui cum vellet vindicare iniurias Gepidorum, rupit pacem cum Longobardis, & plus amauit pugnam quam pacem. Alboin vero fecit pacem firmam cum Auaribus, qui primum Huni vocabantur, ſed poſtea de nomine regis ſui Auares ſunt appellati: deinde iuit ad pugnandum cum Gepidis. Sed cum Gepidi contra Alboin pergerent, Auares ſtatim in terram eorum intrauerunt, ſicut cum Alboin conſtituerunt. Hac de cauſa, cum triſtis nuncius veniret ad Chunimundum, ille nimis afflictus coepit orare ſuos, vt primum cum Longobardis pugnarent, & poſtea ad depellendos Auares repedarent. Inito autem proelio, Alboinus occidit Chunimundum, & de capite eius poſtea fecit ſcyphum, ** qui dicitur apud eos ſchala, *** apud Latinos patera: & filiam eius Roſemundam cum magna multitudine virorum ac mulierum ſecum abduxit captiuam. Gepidi enim ſic ſunt deleti, vt ab illo tempore iam de ſuis regem non haberent. Vt autem mortua eſt Glotſuinda regina, filia Clotharii, Alboin ad interitum ſuum, vt in ſequentibus dicetur, duxit Roſemundam vxorem, filiam Chunimundi. Inter haec Iuſtinianus princeps mortuus eſt, & Iuſtinus minor ſucceſſit ei ad regendam Conſtantinopolim. Apud quem, vt ſupra ſcriptum eſt, accuſatus Narſes patricius, quem loco Beliſarii, ad defenſionem Italiae miſit Imperator Iuſtinianus, in vindictam iniuriae ſuae miſit legatos ad Longobardos amicos ſuos, dicens: *Dimittite paupertatem Pannoniae, & venite ad fertilem Italiam, omnibus diuitiis*

BELLVM CVM GEPIDIS.

AVARES VNDE DICTI.

Vuarn. libro I. cap. XXVII.

CHVNIMVNDVS rex Gep. occiſus.

NARSES in Italiam vocat LANGOBARDOS.

* *M. S.* Glothſuindam, *conſtanter.* ** *Poculum ex hoſtis capite factum: antiquo Barbarorum more, vt & a Boiis in Lucio Poſtumio conſule Romano factitatum, Liuius narrat libro XXIII. cap. XXIIII.* purgato, *inquit,* capite, vt mos iis eſt, caluam auro caelauere. idque ſacrum vas iis erat, quo ſolemnibus libarent. poculumque idem ſacerdoti eſſe, & templi antiſtibus. *** *In M. S. Ien. non* ſchala *legitur, ſed,* ſcala *recte, idem,* Biliſarii, *conſtanter.*

plenam. Et vt animos eorum amplius incitaret ad veniendum, miſit eis de omnibus generibus pomorum, & quicquid delectabile poterat excogitare, de diuitiis terrae. Longobardi haec audientes, gratanter acceperunt, & qualiter irent, praeparauerunt. Et continuo apud Italiam apparuerunt ſigna in coelo, ſcilicet igneae acies, ſanguinem humanum, qui poſtea effuſus eſt, ſignificantes. Alboin igitur petiit auxilium ab antiquis Saxonibus amicis ſuis, vt ſpatioſam Italiam intraret cum multis. Cui Saxones plus quam cum XX. millibus iuncti ſunt, & ſecundum eius voluntatem cum vxoribus & filiis Italiam cum eo intrauerunt. In ipſo tempore Alboin Pannoniam dimiſit Hunis amicis ſuis, ea conditione, vt ſi aliquando Longobardis reuerti neceſſe eſſet, vnusquisque in ſua rediret: habitauerunt autem Longobardi in Pannonia per annos XLII. Exierunt vero de Pannonia cum mulieribus & filiis, & cum omnibus ſuis, anno dominicae incarnationis DLXVIII. indictione prima, ſecundo die poſt Paſcha, quod ſanctum Paſcha celebratum eſt in ipſis Kalendis Aprilis. His igitur diebus quibus Longobardi inuaſerunt Italiam, Clotharius rex Francorum mortuus eſt, relictis quatuor filiis Heriberto, Guntrammo, Helberico, * Sigeberto. In hoc tempore Romanam regebat eccleſiam vir ſanctus, Papa Ioannes, poſt quem Benedictus. Ciuitatem autem Aquileiam & populum eius regebat beatus patriarcha Paulus. Qui timens crudelitatem Longobardorum, ex Aquileia ad inſulam Gradus ſeceſſit, & omnem theſaurum eccleſiae ſuae portauit. Narſes itaque de Campania Romam reuerſus, non poſt multum ** tempus mortuus eſt. Cuius corpus in cantra plumbea cum omnibus diuitiis ſuis collocauerunt, & Conſtantinopolin transmiſerunt. Igitur Alboin intrauit Liguriam indictione tertia, III. Nonas Septemb. & ſub tempore Honorati archiepiſcopi Mediolanum intrauit, deinde caeteras Liguriae ciuitates apprehendit. Obſedit autem Ticinenſem ciuitatem, quae nunc Papia dicitur,

[Margin notes: PARANT IRE. — SAXONVM POPVLVS COMES. — DE PANNONIA PROVISVM. — Tempora migrationis. — Francorum ea tempeſtate reges. — Item Romani & Aquileienſes epiſcopi. — NARSETIS OBITVS. — Papia obſeſſa. *Vuarn. II. 25.*]

* *M. S.* Helperico, *conſtanter.* ** *M. S.* poſt non multum. *rectius.*

per

per tres annos, quibus peractis, † poſt aliquantos menſes tradita eſt in manus eius. Qui cum introiſſet per portam, quae dicitur ſancti Ioannis, a parte Orientis, equus ſuper quem ſedebat, fixit ſe in medio portae. Quem cum ille truderet †† cum calcaribus, & omnes qui circumſtabant, caederent verberibus, omnino moueri non potuit equus. Tunc vnus ex Longobardis ſic ait ad regem: *Memento, domine rex, quid voviſti, & frange tam durum votum, & ingredieris ciuitatem: vere enim Chriſtianus populus eſt in civitate iſta.* Vouerat enim Alboin antea, quod vniuerſum populum occideret gladio, qui ſibi ſe tradere nolebat. Quod votum vbi diſrupit, equus ſe continuo mouit, & ſic ciuitatem intrauit. Tunc data pace, omnis populus ad eum tandem cucurrit ad palatium, quod aliquando rex Theodericus fecit. Alboin igitur poſtquam regnauit in Italia annos III. & menſes VI. interfectus eſt conſilio coniugis ſuae, pro hac cauſa. Cum ſederet Alboin apud Rauennam in conuiuio, & bibiſſet plus congruo, praecepit afferri vinum reginae Roſemundae in vaſculo, quod de capite patris eius fecit Chunimundi regis, dicens ei, *vt laeta biberet cum patre ſuo.* Pro qua re illa maximum concipiens in corde dolorem, cogitauit qualiter maritum interficeret, & patrem vindicaret: conſiliumque habuit pro hac re cum Helmiche armigero * regis, qui cum regina vnius aetatis erat. Helmichis vero dedit ei conſilium, vt ad hanc perficiendam aſſumeret Peredeum quendam fortem virum, qui cum Veſtiaria eiusdem reginae ſolebat dormire. Cui cum illa ſuam voluntatem indicaret, & ipſe in interfectionem regis ſui conſenſum ſuum denegaret, regina in tempore noctis collocauit ſe in lecto Veſtiariae ſuae, quam ille amauit, veniensque Peredeus, reginam adulterauit. Qua re perfecta, coepit illa dicere Peredeo: *Quam me conſideras eſſe?* Cumque ille nominaret nomen amicae ſuae, illa reſpondit: *Non eſt, vt tu ſperas, ego ſum Roſemunda. certe talem cauſam modo feciſti, vt ſi tu*

Vuarn. II. 17.

PAPIAM INGRESSVS ALBOIN.

ALBOIN OCCISVS VXORIS fraude. Cauſſa caedis.

Vuarn. II. 28.

NEFARII ROSMVNDAE DOLI.

† *M. S.* quibus tranſactis. *probe.* †† *M. S.* tunderet, *non*, truderet. *illud quidem multo verius.* * *M. S.* armigerio, *male.*

non interfeceris Alboin, ipſe te interficiet. Qui intelligens malum quod fecit, licet inuitus, in mortem * regis conſenſit. Tunc Roſemunda crudelior omni beſtia, cum Alboin in meridie ſe ſomno dediſſet, praecepit magnum ſilentium in palatio fieri, & omnia arma inde ſubtrahi, & gladium illius fortiter ligauit ad caput lectuli, ne poſſet euaginari, aut tolli, ſicque interfectores eius introduxit. Alboin vero excitatus a

Obtruncatur Alboin.

ſomno, & intelligens malum, quod imminebat, concite manum ad gladium qui alligatus erat, tendebat: ſed non valens eum extrahere, ſcabellum apprehendebat, & aliquandiu ſe defendebat: ſed illi praeualentes, eum occidebant. Helmichis

Nefarium cum adultera connubium, *Vuarn. II. 29.*

autem accipiens Roſemundam in vxorem, decertauit, vt regnum Alboin apprehenderet, ſed non potuit; quia Longobardi multum dolentes de eius morte, quaeſierunt Helmichin interficere. Inter haec Roſemunda mandauit Longino praefecto Rauennae, vt concite nauim mitteret, quae eos deportaret.

& fuga.

Quam cum ille miſiſſet, per ſilentium noctis Helmichis & Roſemunda nauim intrauerunt, & Albſuindam filiam regis Alboin, & omnem theſaurum ſecum deportauerunt. Longinus autem

Longini dolus.

praefectus ſuaſit Roſemundam, *vt Helmichin occideret, & ſe maritum acciperet.* Quae cum conſenſiſſet, quadam die dum Helmichis ad balneum iret, perrexit cum eo vt ei deſeruiret, portans ſecum venenum, quo eum interficeret. Cumque ille de balneo exiret, porrexit ei venenum in poculo dicens:

Digni ſceleratorum exitus.

Si hoc biberis, magnam ſalutem inde habebis. Qui cum biberet, ac venenum eſſe ſentiret, apprehenſo gladio Roſemundam per capillos tenuit, & venenum quod remanſerat, illam bibere coegit: ſicque Dei iudicio ambo perierunt veneno. Longinus vero praefectus Albſuindam † cum omni theſauro miſit

CLEPH REX FACTVS. *Vuarn. II. 31.*

Conſtantinopolim Imperatori Iuſtino. Longobardi autem omnes habito inter ſe conſilio, fecerunt regem Cleph, virum nobiliſſimum gentis Longobardorum, in ciuitate Ticinenſium. Hic multos potentes viros Romanorum alios occidit, alios de Italia eiecit. Nec enim Romanis illo tempore virtus

* *M. S.* in morte † *M. S.* Abſuindam.

fuit,

fuit, vt reſiſtere poſſent Longobardis, quia & mortalitas quae
ſub Narſete fuit, & fames, quae poſtea venit, omnem Italiam
diſſipauit. Cumque per vnum annum & menſes ſex Cleph **CLEPH OCCI-**
regnaret, a quodam puero familiari ſuo, cum gladio, quem **SVS.**
in menſa ad obſequium ſuum habebat, occiſus eſt. Poſt cu- **RES LANGO-**
ius mortem Longobardi regem iam per annos decem non ha- **BARDORVM**
buerunt, ſed duces: vnaquaeque ciuitas ſuum ducem. Ex **AD DVCES**
quibus ducibus aliquanti cum multis pugnatoribus Gallias **REDIIT.**
ingreſſi, praedati ſunt, contra quos Amatus patricius †, qui *Vuarn. II.* 32.
erat ex parte Gantrammi regis, mouens exercitum, ab eis oc- *Vuarn. III.* 3.
ciſus eſt, ipſique cum multa praeda reuerſi ſunt. Quibus diſ-
cedentibus, rex Eunium, qui & Mummulus * dictus eſt, ad *Vuarn. III.* 4.
ſe vocauit, eumque patricium fecit. Iterum Longobardi in-
trauerunt Galliam, Mummulus autem iungens ſe Burgudioni-
bus, iuit contra eos, & circumdans eos inſidiis, multos ex eis
occidit, caeteros redire vacuos coegit. Poſt haec Saxones qui **Saxonum**
cum Longobardis Italiam intrauerunt, cum viderent Longo- **reditus.**
bardos regnare, nec ipſi vellent ſub eis viuere, cum omnibus *Vuarn. III.* 5.
ſuis per Galliam redierunt, & per adiutorium Sigeberti regis 6. 7.
in patriam ſuam tetenderunt. Quo cum perueniſſent, inue-
nerunt eam tenere Sueuos & alias gentes. Inſurrexerunt er-
go contra eos, & certabant inde expellere illos. At illi dede-
runt illis tertiam partem regionis dicentes, *quia poſſumus com-
muniter viuere.* Saxonibus non conſentientibus, iterum de-
derunt eis aliam tertiam, vt ipſi tenerent vnam: ſed Saxoni-
bus nullo modo acquieſcentibus, commiſerunt pugnam, in
qua de Saxonibus mille XX. mortui ſunt, de illis vero CCCC. **Magna Sue-**
millia & LXXX. ſicque Saxones terram ſuam obtinuerunt. **uorum a Sa-**
Hoc tempore Sigibertus rex Francorum occiſus eſt fraude **xonibus ſtra-**
Hilperici fratris ſui, & regnum eius ſuſcepit filius eius Hilde- **ges.**
bertus cum Brunihilde matre ſua. Iuſtinus quoque minor, **Res Franco-**
cum XI. annis regnaſſet, eiſdem temporibus obiit, & Tybe- **rum.** *Vuarn. III.* 10.
rium Conſtantinum ſucceſſorem reliquit. Quo poſt annos **Iuſtini mors.**
ſeptem defuncto, Mauritius ei ſucceſſit in imperio. Longo- *Vuarn. III.* 11. 12. 15.

† *M. S.* armatus patricius. * *M. S.* Nummulus, *conſtanter.*

ANTHARI REX. *Vuarn. III, 16.* bardi vero cum per decem annos eſſent ſub ducibus, poſtea communi conſilio conſtituerunt ſibi regem Authari, filium Calphurnis † ſupradicti principis, qui ante Tadonem regnauit, & pro magno honore vocauerunt eum Flauium, & iſtud praenomen poſtea in vſu habuerunt reges Longobardorum.

Tributi genus pro rege decretum. Duces vero qui tunc erant, pro reſtauratione regni, medietatem omnium ſuarum ſubſtantiarum in expendium reipublicae dederunt, vt eſſet vnde viuere potuiſſet ipſe rex, vel qui in ſeruitio eius erant, vel qui ad eum veniebant.

Felicitas temporum ſub Langobardis vane commendata. Hoc autem erat mirabile in regno Longobardorum, quod nullus alicui faciebat violentiam, nulla fraus ibi erat, nemo aliquem iniuſte angariabat, non ibi latrones erant, ſed vnuſquiſque vbi volebat, ſecurus pergebat.

In hos Franci concitati. Hoc tempore Mauritius Imperator quinquaginta millia ſolidorum miſit Hildiberto regi Francorum, vt Longobardos de Italia expelleret. Quo veniente cum magno exercitu, Longobardi ciuitates ſuas intrauerunt, *Vuarn. III. 17.* & xenia Hildiberdo regi miſerunt, pacemque cum eo fecerunt.

Bellum auerſum. Qui reuerſus eſt in Galliam. Quod audiens Mauritius, ſolidos quos ei pro diſſipatione Longobardorum dedit, repetere coepit.

Perfidia pro virtute. ſed ille in virtute ſua confidens, nullum ei reſponſum dedit. Interea Hildibertus pugnauit cum Hiſpanis, & vicit eos, & iſta fuit cauſa, vnde inter ſe pugnare ceperunt. Hildibertus rex ſororem ſuam nomine Ingundem * dederat vxorem Ermengildo filio Leouigildi regis Hiſpanorum.

Ermigildi pro ſecta, quam amplexus erat, mors. *Vuarn. III. 21.* Qui Ermengildus per praedicationem Leandri epiſcopi, & per monita vxoris ſuae, de Arriana haereſi, quam pater ſuus colebat, ad fidem catholicam conuerſus fuerat, pro qua cauſa impius pater eius, in ipſa feſtiuitate Paſchae, cum ſecuri eum percuti iuſſit. Vxor vero illius fugiens de Hiſpanis, voluit reuerti in patriam ſuam, ſed milites Romani, qui in illis partibus erant, apprehenderunt illam cum filio ſuo paruulo, & adduxerunt illam in Siciliam, ibique mortua eſt: filium vero eius direxerunt Conſtantinopolim † Mauritio Imperatori. Ite-

† *M. S.* Calphonis, *lege* Claphonis. * *M. S.* Ingunge Ermigildo.
† *M. S.* direx. in cpolim.

rum

rum Mauritius Imperator miſit ad Hildibertum, rogans illum, vt exercitum dirigeret in Italiam contra Longobardos. Qui ſperans quod ſoror ſua adhuc viueret, & in Conſtantinopoli eſſet, volens eam recolligere, compleuit voluntatem Imperatoris, & miſit exercitum Francorum in Italiam: ſed Longobardi frequenter pugnabant contra ipſos. Poſt haec Franci & Alemanni rixam inter ſe habentes, egreſſi de Italia, redierunt ad propria. Hoc tempore inundatio aquarum facta eſt in Italia, de qua beatus Gregorius ſcribit in dialogo, & peſtilentia illa pro qua ipſe iam archidiaconus ſeptiformem litaniam * conſtituit, ipſeque Romanum pontificatum inuitus accepit. Poſt haec miſit Autharus ** legatos ſuos ad Garibaldum regem Bauariorum, petens filiam ſuam vxorem. Qui bene legatos ſuſcepit, & filiam ſuam nomine Theodelindam ei promiſit. Quod dum miſſi renunciarent Autharo, ille cupiens videre ſponſam ſuam, elegit ſecum paucos iuuenes fortiſſimos, & vnum fideliſſimum, quaſi pro domino, & cum ſumma feſtinatione perrexit in Bauariam. Cumque ſtarent in conſpectu Garibaldi regis, & ille qui quaſi ſenior videbatur, dicta ſua compleſſet, dixit Autharus ad regem: *Dominus meus Autharus proprie pro iſta cauſa me miſit, vt videam filiam veſtram, dominam noſtram, vt qualis ſit forma eius, poſſim domino meo vere nunciare.* Qui ſtatim fecit eam venire. Quae cum placuiſſet Autharo, dixit ad regem: *Si placet veſtrae poteſtati, de ſua manu det nobis bibere, ſicut & poſthac* † *debebit facere.* Quod cum rex fieri iuſſiſſet, illa tollens calicem plenum mero, dedit primum illi qui ſenior videbatur, deinde porrigebat Autharo: neſciens quis eſſet. Ipſe vero poſtquam bibit, & calicem reddidit, nemine vidente, digito eam tetigit, & manum ſuam per faciem eius duxit. Quae verecundans, cum hoc nutrici ſuae indicaret, nutrix reſpondit: *Si rex & ſponſus tuus non eſſet, te nullo modo tangere praeſumpſiſſet. Sed taceamus, ne audiat hoc pater tuus. Iſte qui talem ha-*

ALTERVM A FRANCIS BELLVM. *Vuarn. III.* 22.

diluuium per Italiam & aeris peſtilentia. *Vuarn. III.* 23. 24. 25.

Anthari conubium cum Theudelinga *Vuarn. III.* 31.

Anthari furtim vidit ſponſam.

* M. S. letaniam, *rectius. ſic & Vuarn.* ** *M. S.* Anthari *conſtanter & rectius. emenda* Anthari. *dixi ſupra. Idem,* Geribaldum. † *M. S.* poſt haec.

bet

bet perſonam, dignus eſt & imperium habere, & te vxorem ducere. Erat enim Autharus iuuenis pulcherrimus, * & boni ſtatus. Poſt haec commeatum petentes a rege, perrexerunt ad patriam ſuam. Autharus vero cum perueniſſet prope fines Italiae, comitantibus aliquantis Bauariis, appropinquauit arbori, quae ſtabat iuxta viam, & erexit ſe ſuper caballum, quantum potuit, & ſecurim quam portabat in manu, in ipſam arborem impegit, ibique dimiſit dicens: *Taliter ferire ſolet Autharus.* Quo dicto intellexerunt Bauarii, quod ipſe eſſet Autharus. Poſt aliquantum tempus ** conturbatus eſt rex Garibaldus de aduentu Francorum, & Theodelinda filia eius cum fratre ſuo nomine Gaudoaldo † fugit ad Italiam, & mandauit ſponſo ſuo Autharo, vt veniret obuiam ei. †† Qui gauiſus eſt, & faciens magnam praeparationem, perrexit in campum, qui dicitur Sardis ſuper Veronam, & ſuſcepit eam cum gaudio. Erat autem ibi tunc inter alios Longobardos Egilolfus * dux de ciuitate Taurinenſi. Tunc ſubito conturbatus eſt aer, & coepit tonare & coruſcare fortiter, ſtatimque fulmen percuſſit vnum lignum, quod erat poſitum in cluſura ** regis. Egilolfus artem habuit puerum quendam, qui (neſcio per quam artem) intelligens quid hoc ſignificaret, † ait Egilolfo ſecrete: *Iſta mulier, quam modo rex tulit vxorem, poſt non multum tua coniux erit.* Qui iratus ait: *Si alia vice hoc dixeris, caput tuum abſcindam.* Cui ille reſpondit: *Verum eſt, quia caput meum abſcindere poteris: ſed & hoc verum eſt, quia iſta foemina ad hoc venit in iſtam patriam, vt vxor tua ſit.* Quod & poſtea factum eſt. Interea mandauit Authari rex verba pacifica, Guntrammo regi Francorum, patruo Hildiberti regis, vt faceret †† pacem cum eo. Ille vero cum gaudio ſuſcepit

Viri ſpecies: & robur.

Theudelingae in Italiam fuga.

Actum de pace cum Francis.

* *copioſius Vuarn.* Anthari fuiſſe, *ait*, iuuenili aetate floridum, ſtatura decentem, candido crine perfuſum, & ſatis decorum adſpectu. *Candido autem crine: quia flaui Sueui, & rutilante coma Germani.* ** *deeſt* tempus *in M. S. recte.* † *M. S.* Gundoaldo, *conſtanter & emendatius, vt & Vuarn.* †† *M. S.* obuiam eis. *probe.* * *M. S.* Agilolfus *conſtanter. quod multo verius.* ** *M. S.* clauſura. † *deſunt verba*, hoc ſignificaret, *in M. S.* †† *M. S.* facerent.

miſſos

miſſos Authari, & direxit ad Hildibertum nepotem ſuum, vt propter voluntatem ſuam & conſilium, faceret pacem cum Longobardis. Erat enim ipſe Guntrammus rex pacificus, & omni bonitate praeditus. Cum autem legati tardarent in Francia, Authari apud Ticinum veneno, vt dicunt, mortuus eſt, poſtquam regnauit annis ſex.

MORS ANTHARI REGIS. Vuarn. III. 36.

Statimque Longobardi miſerunt ad Hildebertum regem, qui ei mortem Authari nunciarent, & pacem ab eo poſtularent. Quos ille benigne ſuſcepit, pacemque petitam dedit.

Pax a Francis impetrata.

Regina vero Theodelinda quia placebat Longobardis, dimiſerunt eam regnare, dicentes ei, vt quemcunque amaret virum, tolleret maritum: talem tamen, qui dignus eſſet regere regnum.

Regnum feminae permiſſum.

Quae habito conſilio cum ſapientibus, elegit ſibi maritum ducem Egilolfum, qui erat vir ſapiens & bellator, & per omnia aptus ad regnandum.

Eiusque arbitrio rex lectus Agilolfus.

Cui ſtatim mandauit, vt veniret ad eam, ipſaque ad caſtellum quod Laomellum vocatur, perrexit ei obuiam. Qui cum inter ſe colloquium haberent, iuſſit regina afferri vinum, bibensque ipſa prior, dedit Egilolfo. Qui cum acciperet, honorabiliter manum eius oſculatus eſt. Quae ſubridens ait: *Non debes manum meam oſculari, quia rex & maritus meus eris.* Et ſic eum amplexata eſt, & manifeſtauit ei omnia, quae per conſilia ſapientum de gubernatione regni & nuptiis ſuis ordinata eſſent.

Secundae Theud. nuptiae.

Inter haec fiunt nuptiae cum laetitia magna, & Egilolfus, qui erat cognatus regis Authari, coepit regnare intrante menſe Nouembri:

REX AGILOLFVS.

poſtea tamen congregatis * Longobardis apud Mediolanum in menſe Maio, confirmatus eſt in regno. Igitur Egilolfus, qui & Agio dictus eſt, confirmata ſibi regia dignitate, mandauit Agnellum Epiſcopum de Tridento † in Franciam pro illis hominibus, qui captiuati fuerant a Francis de caſtellis Tridentinis. Qui cum veniret, Brunihildis regina multos ex eis precio ſuo redemit, eique reducendos dedit.

Gregorii dialogus.

His diebus beatus Gregorius papa Romanus, dialogum ſcripſit, eumque Theodelindae reginae pro munere miſit, quia

Theudelingae in rem Chriſtianam merita. Vuarn. III. 5. 6.

* *M. S.* congregatis in vnum, *rectius. ſic et Vuarn.* † *M. S.* de Tredento.

ſciebat eam eſſe Chriſtianiſſimam, & timentem Deum: per ipſam quippe multa bona in eccleſia Dei facta ſunt. Nam Longobardi, cum adhuc gentilitatis errore tenerentur, prope omnes ſubſtantias eccleſiarum, abſtulerunt: ſed iſta ſupplicando & ipſum regem ad catholicam fidem adduxit, multas † poſſeſſiones eccleſiis contulit: epiſcopos quoque, qui antea nullum honorem habebant, ad propriam dignitatem reſtituit.

Taſſilo Baioariorum rex. *Vuarn. IIII. 7.*

Hoc tempore ordinatus eſt rex Taſſilo in Bauaria ab Hildiberto rege Francorum, ſtatimque iuit cum exercitu in prouinciam Sclauorum, & victoriam habens, cum magna praeda ad terram ſuam reuerſus eſt.

Gregorius pacem ſuadet. *Vuarn. IIII. 9. 10.*

Igitur dominantibus per omnem Italiam Longobardis, dum veniret Egilolfus in partes Romanas, beatus Gregorius de aduentu eius in tantam territus eſt, vt ab expoſitione Ezechielis, ſicut ipſe teſtatur, ceſſaret. Coepit autem frequenter per epiſtolas ſuas Theodelindam reginam monere, vt hortaretur Egilolfum maritum ſuum, pacem cum Romanis habere. Quod & factum eſt. Vnde idem venerabilis †† vir gratias agendo, epiſtolas ad eandem reginam, & ad ipſum Egilolfum regem transmiſit, quae in libro vitae ipſius ſcriptae reperiuntur.

Exitus regum quorundam. caſtrum deletum.

Hoc tempore Hildibertus rex per venenum, vt dicunt, occiſus eſt cum vxore ſua: mortuus eſt & Guntrammus rex. Circa haec tempora deſtructum eſt a Longobardis monaſterium ſancti Benedicti in caſtro Caſſino. Nocte quippe illuc intrauerunt, & omnia inde abſtulerunt: ſed iuxta prophetiam viri Dei nullum ex monachis apprehendere potuerunt.

Mirum vero quid ſi reſtitiſſent?

Fugerunt namque, & venerunt Romam, portantes ſecum codicem ſanctae regulae, quam idem beatus pater compoſuit, & alias ſcripturas; nec non & pondus panis, & menſuram vini, & quicquid exinde tollere potuerunt. Poſt beatum namque Benedictum rexit ipſum monaſterium Conſtantinus: poſt quem Simplicius: poſt ipſum Vitalis: poſt hunc Bonitus, ſub quo iſta deſtructio facta eſt.

Aedes ſtructa. *Vuarn. IIII. 22.*

His diebus fecit Theodelinda regina eccleſiam beati Ioannis Baptiſtae in Modicia, qui locus XII. miliaria eſt a Me-

† *M. S.* & multas. †† *M. S.* venerabilis ſacerdos.

diolano:

Digitized by Google

diolano: & decorauit eandem eccleſiam multis ornatibus auri & argenti: & dedit ei multas poſſeſſiones. In eodem loco fecit quondam palatium Theodericus rex Gothorum, eo quod aeſtatis tempore locus ipſe temperatus eſt, & bonus: eſt enim vicinus Alpibus. Tunc quoque natus eſt Egilolfo ADALOALDVS
filius de Theodelinda regina in palatio Modeciano, * & baptizatus eſt ibi, vocatusque eſt Adolandus: & ſuſcepit eum de natus. *Vuarn. IIII.* 26.
ſacro fonte Secundus ſeruus Dei de Tridento. Vsque ad haec tempora rebellis fuit Longobardis Patauium ciuitas, eo quod milites, qui ibi erant, fortiſſime reſiſtebant: ſed poſtea PATAVIVM
iactantes ibi ** ignem, incendebant eam, & iuſſione regis Egilolfi euerſa eſt vsque ad terram: milites tamen qui in ea erant, DELETA. *Vuarn. IIII.* 24
dimiſſi ſunt redire Rauennam. Huius Egilolfi temporibus beatus Columbanus venit in Italiam, & fecit monaſterium, quod vocatur Bobium, in montibus Cocciis. † Igitur Egilolfus qui & Agio dictus eſt, poſt quam regnauit annis XX. AGILOLFI
defunctus eſt, relinquens in regno filium ſuum Adolandum MORS.
adhuc puerum, cum matre ſua Theodelinda. Qui cum regnaret X. annis, perdidit ſenſum, & eiecerunt eum de regno, & ADALOALDVS
in locum eius conſtituerunt Arioaldum quendam, cuius generatio non eſt deſcripta. Qui poſtquam tenuit regnum per ARIOALDVS
annos XII. mortuus eſt, & regnum ſuſcepit Ruotheri, vir ROTHARI REX.
fortis & ſtrenuus, ſed Arriana perfidia maculatus. Huius GES.
tempotibus pene per omnes ciuitates regni eius duo erant epiſcopi: vnus catholicus, alter Arrianus. Hic Ruotheri rex *Vuarn. IIII.* 44.
legem †† Longobardorum compoſuit, & ipſum codicem, LEGES LANGOB.
Edictum appellauit. Erat autem iam LXXVII. * annus, ex quo Longobardi venerant in Italiam. Poſtquam vero XVI. annos regnauit, & quatuor menſes, mortuus eſt, regnumque filio ſuo Radoaldo ** dimiſit, ipſe autem ſepultus eſt iuxta RODOALDVS REX. *Vuarn. IIII.* 48.

---

* *M. S.* Modiciano, *emendatius. emenda etiam*, Adolaldus, *loco*, Adolandus. ** *M. S.* iactantes ſibi. † *M S.* in montibus coitis. *puto, male.* †† *M S.* leges. *rectius.* * *M S.* LXXV. *contra quam Vuarnefridus IIII.* 44. *quo auctore laudatur* annus ſeptuageſimus ſeptimus. ** *M. S. Ien.* Rodoaldus. *conſtanter*, *&* *recte. idem tuetur & Vuarn.*

ecclеſiam beati Ioannis Baptiſtae. poſt aliquod tempus quidam homo pro maligna cupiditate aperuit ſepulchrum eius nocte, & tulit omnia ornamenta corporis illius. Apparuit autem ei per viſionem beatus Ioannes dicens: *Quare auſus es tangere corpus hominis iſtius? Quamuis non recte crediderit, tamen ſe mihi commendauit. Quia igitur hoc facere praeſumpſiſti, nunquam a modo eam eccleſiam * intrabis.* Quod & factum eſt. Nam quotiens eandem eccleſiam intrare voluit, ſubito quaſi aliquis cum magno cultello vellet eum in guttur ferire, retro cedit. ** Radoaldus igitur poſt mortem patris accipiens regnum, tulit vxorem Guntbirgam, filiam Egilolfi & Theodelindae. Ita Guntbirg fecit eccleſiam ſancti Ioannis Baptiſtae in Ticinenſi ciuitate, ſicut mater eius fecit in Modicia, & decorauit eam ornatibus, & ditauit opibus, in qua & ipſa ſepulta eſt. Haec dum accuſata eſſet apud maritum ſuum, quod commiſiſſet adulterium, Carellus ſeruus eius petiuit a rege, vt ad ſingulare certamen pugnare ſibi liceret, cum illo qui dominam ſuam infamauit: pugnansque cum eo coram omni populo, eum proſtrauit: ſicque regina priſtinum honorem recuperavit. Rex vero Radoaldus (vt dicunt) cum adulteraſſet vxorem cuiusdam Longobardi, ab eo occiſus eſt, cum iam per quinque annos & VII. dies regnaſſet. Cui ſucceſſit Aripertus filius Gundoaldi, qui fuit frater Theodelindae reginae. Hic fecit eccleſiam in honore Domini Saluatoris in Ticino, & decorauit eam variis ornamentis, ditauitque ſubſtantiis. Igitur Mauritius Imperator poſtquam regnauit annis XXI. cum filiis ſuis Theodoſio, & Tyberio, & Conſtantino, occidit illos Phocas, qui fuit ſtrator Priſci patricii, & ipſe regnauit. Qui poſtquam regnauit annis VIII. Heraclius qui regebat Africam, rebellauit ei: & veniens cum exercitu, occidit eum, & ſuſcepit imperium. Quo poſt XXVII. annos defuncto, filius eius Conſtantinus ſuſcepit imperium. Sed hoc poſt qua-

[Margin notes: Gerrae germanae. — *Vuarn. IIII. 49.* — RODOALDI CAEDES. *Vuarn. IIII. 50.* — ARIPERTVS REX. e gente regum Baioariorum. Mauritii Imp. mors.]

* *M. S.* meam eccleſiam, *quod verius. Vuarn.* meam baſilicam.
** *emendabis e M. S.* retro cecidit. *Vuarn.* retro ruebat impulſus.

tuor

tuor menſes per venenum extincto, Heraclonas * frater eius cum Martina matre regnum inuaſit **. Quibus mox deiectis, Conſtans filius Conſtantini, regnauit annis XXVIII. Aripertus † rex poſtquam apud Ticinum Longobardos rexerat per annos nouem, mortuus eſt, & reliquit regnum ipſum duobus filiis ſuis, Perthari & Goteberto; & Gotebertus ſedebat in Ticino, Perthari in Mediolano. Denique facientibus malignis hominibus, ſurrexit odium & diſcordia inter ambos fratres, in tantum, vt alter ab altero regnum tollere decertaret. Pro hac cauſa Gotebertus direxit Garibaldum ducem Taurinenſium †† ad Grimoaldum ducem Beneuentanum, *vt veniret & adiuuaret eum contra fratrem ſuum*, promittens ei dare ſororem ſuam vxorem, ſi eum adiuuaret. Garibaldus vero fecit fraudem contra dominum ſuum, deditque Grimoaldo conſilium *vt veniret, & regnum Longobardorum, quod ambo fratres, qui erant adoleſcentes, diſſipabant, apprehenderet*, vtpote qui habebat iam maturam aetatem, & erat conſilio bonus, & fortis in virtute. Audiens haec Grimoaldus, ſtatim eleuauit animum ſuum ad accipiendum regnum Longobardorum, & ordinans filium ſuum Romoaldum, ducem in Beneuento, ipſe cum electa multitudine virorum apprehendit viam contra Ticinum, & per omnes ciuitates miſit, & faciebat ſibi amicos, vt regnum accipere poſſet. Traſemundum vero Capuanum comitem miſit per Polentiam & Tuſciam, vt omnes Longobardos de partibus illis in eius adiutorium inuitaret. Quod fecit: * & cum magno adiutorio apud Aemiliam ei occurrit. Igitur Grimoaldus cum veniſſet Placentiam, miſit Garibaldum ante ſe, vt Goteberto nunciaret de eius aduentu. Audiens hoc Gotebertus, quaeſiuit conſilium ab eodem Garibaldo, in quo loco praepararet hoſpitium Grimoaldo. At ille reſpondit dignum eſſe, vt Grimoaldus qui cauſa illius venerat, & ſororem eius accipere debebat, hoſpitium haberet

PERTARI ET GODEBERTVS REGES. *Vuarn. IIII.* 53.

Inſidiae Godeberto ſtructae. *Vuarn. IIII.* 53.

---

* *M. S.* Heracleonas, *rectius.* ** *M. S.* inuaſerunt. † *M. S.* Ripertus. †† *M. S.* Taurinenſem. *Idem*, Grimoldus, *conſtanter.*
* *M. S.* quod & fecit.

intra palatium. Quod ita factum eſt. Praedictus ergo Garibaldus ſeminator malitiae dixit ad Gotebertum; *Quando veneris cum Grimoaldo ad colloquium, habeto loricam ſubtus veſtimentum, quia ipſe te occidere quaerit.* Deinde dixit eadem verba ad Grimoaldum. Cumque die altera veniſſent ad colloquendum, videns Grimoaldus quod Gotebertus lorica eſſet indutus, euaginato gladio interfecit eum, & inuaſit imperium * eius. Habebat autem Gotebertus filium paruulum nomine Riginbertum **, quem rapientes fideles eius nutrierunt occulte. Sed nec curauit Grimoaldus eum perſequi, quia puer adhuc erat. Audiens autem Perthari qui apud Mediolanum regnabat, quod frater eius mortuus fuiſſet, quanta velocitate potuit fugit, & ad Caianum † regem Auarum abiit. Vxorem vero illius nomine Rodelindam, & paruulum filium nomine Chunibertum, transmiſit Grimoaldus in Beneuentum.

Occiſus adoleſcens. GRIMOALDVS TYRANNIS.

Inſidiator Garibaldus ſuis artibus captus,

Poſt haec malignus homo Garibaldus, cuius conſilio haec omnia facta ſunt, non diu ſuper his gaudebat. Erat enim in ciuitate Taurinenſi paruus quidam homunculus, natus de propria gente Goteberti. Iſte cum ſciret, quod Garibaldus ipſo ſacratiſſimo die paſchali venturus eſſet ad orationem in eccleſiam †† beati Ioannis Baptiſtae, abiit & aſcendit ſuper fontem ſacrum baptiſterii, & cum ſiniſtra manu tenuit ſe ad vnam columellam, vbi Garibaldus tranſire debuerat, cum dextra vero euaginatum gladium ſub veſtimento tegebat. Cumque prope eum Garibaldus veniſſet, ille homuncio euaginato gladio cum tota virtute qua potuit, percuſſit eum in ceruicem, & amputauit caput eius. Homines autem eiuſdem Garibaldi, multas illi plagas facientes, ad vltimum occiderunt eum. Qui quamuis ſic punitus mortuus fuiſſet, tamen iniuriam & mortem domini ſui vindicauit. Grimoaldus autem confirmatus in regno apud Ticinum, occidit Chunibertum filium Goteberti, & ſororem eiuſdem Goteberti, filiam Ariperti, duxit vxorem. Beneuentanum vero exercitum cum

& occiſus.

Grimoaldi dominatus vt exercitus.

* *M. S.* regnum *probe.* ** *M. S.* Riginpertum. † *M. S.* Cacanum *recte. tuetur id & Vuarnefr.* †† *M. S.* in eccleſia.

quo

quo regnum apprehendit, remiſit ad propria, ditatum magnis muneribus: ſed aliquantos ſecum retinuit, quibus largiſſimas poſſeſſiones conceſſit. Audiens autem quod Perthari in Scythiam fugiſſet, & apud Caianum regem Hunorum ſtetiſſet, mandauit eidem Caiano, *quod ſi Perthari in regno ſuo manſiſſet, pacem cum Longobardis ſicut hactenus habere non poſſet.* Quod Caianus vt audiuit, Perthari dixit: *In qualemcunque partem volueris, vade: quia in meo regno non poteris ſtare *, ne propter te inimicitiam Longobardorum incurram.* Perthari haec audiens, delegit reuerti ad Grimoaldum, quia audierat eum eſſe miſericordiſſimum. Cum vero veniſſent ad Laudenſem ciuitatem, miſit Vnulfum fideliſſimum ſibi virum ad Grimoaldum, qui ſuum ei nunciaret aduentum. Hoc audiens Grimoaldus, gauiſus eſt nimium, & mandauit ei promittendo, *quod nullum malum haberet, ſi ad eum veniret.* Igitur Perthari ad Grimoaldum ingreſſus, voluit ſe ad pedes eius iactare: ſed Grimoaldus non permittens eum hoc facere, retinuit eum, & oſculatus eſt eum. Tunc dixit Perthari ad Grimoaldum: *Seruus tuus ſum. Potui quidem viuere inter Paganos, ſed audiens te Chriſtianiſſimum & miſericordiſſimum, pro tuo nomine bono veni ad te.* Tunc rex promiſit ei iureiurando coram omnibus dicens: *Per eum qui me naſci fecit, quandoquidem ad meam fidem veniſti, nullum malum erit tibi.* Et dedit ei optimam domum, praecipiens ſuis miniſtris, vt omnia quae ſibi eſſent neceſſaria, ex publico abundantius haberet. Tunc Ticinenſes omnes coeperunt ad eum currere **, & quaſi notum ſalutare: ſtatim maleloqui accedentes ad Grimoaldum, dixerunt ad eum; *Niſi Perthari citius occideris, regnum non habebis: omnes enim ad eum concurrunt,* † *& propter eum te forte occidere habebunt.* His verbis Grimoaldus credulus, oblitus eſt quod illi iurauit: & qualiter illum occideret, cum ſuis tractauit. Denique per conſilium miſit ei ad coenam diuerſos cibos, & optimum merum, ac diuerſas potiones, †† vt cum

Bertari ad interfectorem fratris venire ſuſtinet. *Vuarn. V. 2.*

* *M. S.* non ſtare potes. ** *M. S.* concurrere. † *M. S.* concurrerunt. †† *M. S.* merum ad diuerſas potiones. *probe.*

per

per noctem quaſi mortuus iaceret, leuius occidi poſſet. Sed cum ad coenam ſediſſet, venit ad eum ſuus quondam ſeruiens, afferens ei cibum, quem miſit ei rex: & cum poſuiſſet eum ſuper menſam, finxit ſe ſalutare Perthari, & mittens caput ſub menſam *, clam nunciauit ei conſilium Grimoaldi. Qui ſtatim vocauit ad ſe pincernam ſuum, praecepitque ei, vt in phiala ** aurea ſibi miſceret, ſemper aquam ſolam in eam mitteret. Tunc miſſi regis rogabant eum ex mandato eius, vt laetus biberet, & in honorem Grimoaldi totam phialam conſumeret. Ille autem dicebat ſe cum gaudio bibere, totamque phialam in honorem eius effundere. Nihil autem bibebat niſi aquam. Pergebant igitur miniſtri regis, nunciantes ei, quod multum vinum biberet Perthari, etiam † ebrioſus eſſet. Ille vero cum gaudio dixit: *Bibat ille ebrioſus hodie, cras enim euomet eadem vina cum ſanguine.* Interea clamauit Perthari ad ſe Vnulfum fideliſſimum ſuum, & indicauit ei regis voluntatem & conſilium. Quod audiens Vnulfus, vocauit puerum ſuum, & praecepit ei, *vt lectum ſibi faceret iuxta Perthari lectum.* Coena vero peracta, cum miſiſſet rex homines ſuos, qui Perthari cuſtodirent, ne aufugere potuiſſet, intrauit Perthari in cubiculum, vbi dormire debuit cum Vnulfo & veſtiario ſuo fideliſſimo, nunciauitque eidem veſtiario, quod de morte ſua rex cogitaret, & ait: *Si ego effugere potuero, tu finge loquendo ad homines regis, quod ego dormiam in iſto cubiculo, & forſitan effugiens de manibus eorum me liberabo.* Quod cum

Effugit inſidias Bertari.

ille gratanter ſe facturum promitteret, tulit Vnulfus culcitram & pellem vrſinam, & poſuit ſupra dorſum Perthari, & coepit eum quaſi ſeruum ruſticanum cum vecte caedere, & cum pugno in collo pellendo, extra regiam iactare. Cumque milites regis interrogarent quid hoc eſſet: Vnulfus dixit, *Seruus iſte ruſticanus fecit mihi lectum iuxta lectum Perthari, qui ſic ebrius eſt, vt dormiat quaſi ſit mortuus.* Hoc illi audientes, & verum eſſe credentes, laeti facti ſunt, & Perthari quaſi

* *M. S.* ſub menſa.

** *M. S.* fiala, *vt aſſolet. ſic & Vuarn.*

† *M. S.* & iam, *emendatius.*

ſeruum

ſeruum ruſticanum exire dimiſerunt. Veſtiarius * autem ille fideliſſimus in cubiculo manſit, illudque claudens firmiter obſerauit. Quod videntes ſerui regis reuerſi ſunt ad domiminum ſuum. Vnulfus autem per funem ** depoſuit aliquantos viros ad Perthari dominum ſuum, qui cum illo irent. Pergentes igitur ſimul fugere coeperunt; & cum inueniſſent caballos in prato apprehenderunt eos, & caballicauerunt, & in ea nocte peruenerunt ad ciuitatem Aſtenſem, † vbi erant veriſſimi amici Perthari, quia eadem ciuitas, necdum ſubdita erat Grimoaldo: indeque fugiens in ciuitatem Taurinenſem peruenit in Franciam: ſicque Deus omnipotens Perthari innocentem a morte liberauit, & Grimoaldum, ne homicidium faceret, cuſtodiuit. In craſtinum ergo Grimoaldus ſperans, *Vuarn. V. 3.* quod Perthari dormiret in hoſpitio ſuo, miſit ad eum homines, qui eum adducerent: & ab eodem loco ſuo vsque ad palatium fecit ſtare homines hinc & illinc, ne per qualecunque ingenium poſſet effugere. Cumque veniſſent miſſi a rege, coeperunt clamare ad regiam, vbi veſtiarius ille manebat, vt Perthari a ſomno excitarent. Veſtiarius autem ille dicebat: *Miſericordiam cum eo facite, & dormire illum permittite, quia de via laſſus eſt, & adhuc nimium dormit.* Qui cum hoc regi renunciarent, ait: *Sero ſic ebrius fuit, vt adhuc euigilare non poſſit.* Iterum miſit, vt feſtinantius adduceretur. Qui venientes ad ianuam vbi eum dormire ſperabant, magnis vocibus vt eum excitarent, clamabant. Veſtiarius ille iterum eos rogabat, *vt aliquantulum dormire permitterent.* Qui irati dixerunt: *Satis iam dormiuit ebrioſus ille:* & calcibus rumpebant regias, & ingreſſi cubiculum, requirebant eum in lecto: & non inuenientes, interrogabant veſtiarium, *quid factum ſit de illo.* Qui eum fugiſſe reſpondit. Quem illi apprehendentes per capillos, fuſtibus caedebant, eumque ligatis poſt tergum manibus, ad regem ducebant, dicentes: *Iſte ſapit, quomodo*

Retectus conſiliorum ad fugiendas inſidias ordo.

* *M. S.* Veſtararius, *conſtanter.* ** *deſunt verba,* per funem, *in M. S. non enim hos, ſed ipſum Bertari per funem e moenibus vrbis depoſitum, refert Vuarn. V. 2.* † *M. S.* Aſtanſem.

Perthari fugit, & ideo dignus eſt morte. Rex autem ſolui eum praecepit, & per ordinem, *qualiter Perthari fugiſſet,* * edicere iuſſit. Qui omnia ſicut facta fuerant, enarrauit. Tunc rex interrogauit circumſtantes, dicens: *Quid homo iſte promeruit, qui tale malum fecit?* Qui omnes reſponderunt, *mala morte illum mori debere.* Rex autem dixit: *Per illum, qui me naſci fecit, bene debet homo iſte habere, qui ſe pro domino ſuo morti voluit tradere.* Tunc praecepit eum inter ſuos veſtiarios eſſe, multa ei promittens, *ſi ſibi talem fidem ſeruaret, qualem Perthari ſeruauit.* Deinde requiſiuit rex, *quid de Vnulfo factum ſit.* Qui ait: *In eccleſiam ſancti Michaelis archangeli fugit.* Statim rex miſit ad eum, promittens, *nullum malum eum habiturum, tantum feſtinantius veniret ad eum.* Vnulfus hoc audiens, feſtinanter ad palatium venit, & ad pedes regis ſe protinus miſit. Quem cum rex interrogaret, *qualiter Perthari effugiſſet*: ille omnem rei veritatem ei narrauit. Tunc rex coram omnibus collaudans prudentiam eius & fidem, dedit omnes diuitias ſuas in illius poteſtatem, vt eſſet honoratiſſimus in palatio ſuo. Poſt aliquantos dies interrogauit eum rex, vtrum ſecum, an cum Perthari libentius eſſet. Ille autem coepit iurando dicere, *quod magis optaret cum Perthari mori, quam vbicunque in maximis delitiis viuere.* Deinde vocauit veſtiarium illum, & iuſſit eum, vtrum melius ſibi videretur in palatio eſſe, an cum Perthari in peregrinationem ire. Ille autem eadem verba dicebat, quae & Vnulfus antea dixerat. Rex autem cum audiſſet, gauiſus eſt valde, & laudauit fidem illorum, dixitque ad Vnulphum: *Quodcunque volueris de domo mea tolle, homines, vel caballos, vel quaecunque alia, & vade ad dominum tuum ſine aliqua laeſione.* Similiter dixit ad veſtiarium illum. Illi autem tulerunt omnia ſibi neceſſaria, & cum licentia regis Grimoaldi, perrexerunt ad dilectiſſimum dominum ſuum Perthari in partes Francorum. Hoc tempore Dagobertus regnum Francorum tenebat, cum quo Grimoaldus pacem firmam habebat: Romanum vero imperium Conſtantinus

Honorata & aduerſariis fides.

Mira miniſtrorum pro ſeruanda fide ſtudia. *Vuarn, V. 4.*

Rex eo tempore Francorum: & Graec. Imp.

* *M. S.* effugerit.

nus Conſtantis filius accepit, & per XVII. annos tenuit. Poſt haec Grimoaldus phlebotomauit ſe in palatio, & cum poſt IX. dies vellet ſagittare columbam vnam, diſrupta eſt vena de eius brachio, & mortuus eſt. Hic in edicto quod rex Rutheri ** fecit, aliquot capitula † annexuit. Fuit autem corpore maximus & audaciſſimus, capite caluo, barba longa, conſilio & virtute proximus. Sepultus eſt in eccleſia ſancti Ambroſii, quam ipſe fecit. Reliquit autem filium ſuum Garibaldum, quem de filia regis Ariperti habuit, ſucceſſorem regni adhuc puerum. Romoaldum vero filium ſuum iam in Beneuento ducem conſtituit. Igitur Perthari cum eſſet in Francia propter timorem Grimoaldi, quia foederatus erat cum rege Francorum, voluit fugere in Britanniam. Cumque nauigaſſet per pelagus, ſubito audiuit a littore dicentem: *Si Perthari eſt in iſta naui, dicite illi, vt reuertatur in patriam ſuam, quia iam dies tres ſunt, ex quo rex Grimoaldus mortuus eſt.* Quod cum audiſſet Perthari, ibat prope littus, vt videret illum qui loquebatur: ſed cum neminem inueniret, conſiderauit quod angelus haec diceret, ſtatimque reuerſus venit Ticinum, & inuenit ibi multitudinem Longobardorum, qui eum cum gaudio ſuſceperunt. Expulit autem Garibaldum puerum Grimoaldi de regno, & poſt menſem tertium ordinauerunt eum Longobardi regem ſuper ſe: erat enim homo iuſtus, & in fide Chriſti †† rectus, & nutritor pauperum. Miſit autem in Beneuentum, & fecit exinde venire Rodelindam vxorem ſuam, & Chunibertum * filium ſuum, quos Grimoaldus illuc direxit in exilium. Poſt haec idem Perthari fecit monaſterium in eodem loco, vnde prius fugerat, & fecit illud dedicari in honorem Dei & ſanctae virginis Agathae, in quo multas virgines congregauit, multaque ornamenta & ſubſtantias ibi dedit. Fecit autem & vxor eius Rodelinda eccleſiam in

BERTARI RESTITVTVS. *Vuar n. V. 33.*

* *deeſt*, per *in M. S.* ** *M. S.* rex Ruotheri, *rectius*, † *M. S.* aliquanta capitula. †† *deeſt*, Chriſti, *in M. S. Vuarn.* fide catholicus. †† *M. S.* Cunibertum, *omiſſa adſpiratione conſtanter, & recte: idem enim ſeruat etiam Vuarn.*

honorem ſanctae Dei genetricis & Virginis Mariae, foris muros Ticini, in loco qui dicitur ad Perticas, decorans eam mirificis ornamentis. Igitur Perthari cum regnaret ſolus per annos VII. * in octauo anno ordinauit Chunibertum filium ſuum in regno, vt pariter regnarent, & regnauerunt pariter per decem annos. Cumque in omni tranquillitate regnarent, ſurrexit contra eos filius diaboli, Alachis nomine, de Tridento: ſed Chunibertus filius regis diligens Alachis, reuocauit eum in gratiam patris ſui. Saepe quippe voluit rex interficere Alachin, ſed Chunibertus ſemper rogauit pro eo, ſperans quod aliquando ei fidelis eſſet, inſuper non ceſſauit rogare patrem, *vt daret ei ducatum Brixiae.* Perthari vero dixit: *Ad tuam perditionem hoc rogas, vt talis potentiae virtutem Alachi dem, vt poſſit regnare.* Ciuitas namque Brixiana ſemper habuit multitudinem de nobilibus ** Longobardis: propter hoc timuit Perthari, quod Alachis ibi dominaretur. Poſtquam autem idem Perthari regnauit per annos XVIII. defunctus eſt, & iuxta eccleſiam, quam Aripertus pater eius fecerat, ſepultus

CVNIBERTVS SOLVS REX. *Vuar. 5. 37.*

eſt. Poſt mortem vero eius Chunibertus filius eius tulit vxorem nomine Ermelindam, † de genere Angliſaxonum. Alachis vero oblitus, omnia bona quae in eum fecit Chunibertus, iunxit ſe cum Aldone & Grauſone de Brixia, & cum

REBELLAT ALACHIS. *Vuarn. V. 38.*

multis Longobardis: & cum non eſſet Chunibertus in Papia, introiuit ille in palatium eius, & rebellauit ei. Quod audiens Chunibertus, fugit intra lacum Latium iuxta Comum. †† Facta eſt autem magna tribulatio omnibus qui eum amabant, maxime clericis & presbyteris, quos Alachis odio habebat.

qui clero minime fautor,

Erat autem illo tempore in Ticinenſi eccleſia epiſcopus, nomine Damianus, ſanctiſſimus homo atque ſapientiſſimus. Hic videns quod Alachis haberet palatium, ne eccleſia ſua vel ipſe aliquod malum pateretur, miſit ad eum cum benedictione eccleſiae ſuae * diaconum ſuum, nomine Thomam, ſapientem

* *M. S.* VIII. *aduerſatur Vuarn. V. 35.* ** *M. S.* de nobilioribus: *probe.* † *M. S.* Ermelinda. *Vuarn.* Hermelindam. †† *M. S.* iuxta Cumam. *perperam, puto.* * *deeſt*, ſuae *in M. S. quod probo.*

homi-

hominem & religioſum. Cumque nunciatum eſſet ei, quod veniret ad eum Thomas diaconus, cum benedictione epiſcopi ſui, Alachis pro eo quod omnes clericos odio habebat, mandauit ei dicens: *Si femoralia, id eſt, bracas mundas habet, intret ad me: ſin autem, foris ſtet.* Thomas autem reſpondit: *Nunciate ei, quia munda femoralia habeo: nam hodie lotas indui veſtes.* Ille autem remandauit ei: *Non dico de femoralibus, ſed de eo quod intra femoralia habet.* Ad haec Thomas diaconus reſpondit: *Deus ſolus poteſt de his cauſis reprehenſionem in me inuenire, ille autem non poteſt.* Cumque illum intrare feciſſet, cum magna ira locutus eſt ei. Quod audientes omnes clerici, timuerunt nimium, ſperantes quod in illa ciuitate propter crudelitatem eius viuere non poſſent, coeperuntque tamen deſiderare & armare Chunibertum regem ſuum, quantum audierunt Alachin crudelem & ſuperbum: vnde crudelitas eius & ſuperbia non durauit per tempora multa. Denique cum quadam die ſolidos ſuper menſam * numeraret, vnus tremiſſis decidit, ** quem filius Aldonis adhuc puerulus de terra collegit, eique reddidit. Qui ſperans quod ipſe puer adhuc nihil intelligeret, dixit: *Pater tuus multos habet de iſtis: ſi Deus voluerit, in proximo tempore mihi daturus eſt eos.* Cum autem puerulus ad veſperum rediret domum, interrogauit eum pater ſuus, *ſi rex aliquid dixiſſet ad eum.* Qui cum ei nunciaſſet omnia facta & dicta, timuit Aldo fortiter, & vadens ad fratrem ſuum Grauſonem, nunciauit ei regis verba, ſtatimque coeperunt ambo conſiliari cum amicis ſuis de interitu regis. Mane autem perrexerunt ad palatium, & ſic ad Alachim locuti ſunt: *Quid dignaris ſemper ſtare in ciuitate? Ecce tota ciuitas & vniuerſus populus tibi fidelis eſt: ebrioſus † ille Chunibertus in tantum humiliatus eſt, vt iam amplius virtutem aliquam contra te habere non poſſit. Exi ergo de ciuitate & vade in venationem cum iuuenibus tuis: nos autem cum aliis fidelibus tuis defendimus tibi hanc ciuitatem. Sed & hoc promittimus*

eius ordinis in ſe concitat odia.

inſidiis amicorum parte regni excidit.

* *M. S.* ſuper menſam ſuam. ** *M. S.* cecidit, *rectius* † *M. S.* & ebrioſus.

tibi, vt in proximo tempore caput inimici tui Chuniberti adducamus tibi. Alachis autem iuxta ſuaſionem eorum exiuit de ciuitate in ſyluam, ad venandum cum hominibus ſuis. Aldo vero & Crauſo ierunt ad lacum Cumacinum *, & ingreſſi nauim, perrexerunt ad regem Chunibertum, & iactantes ſe ad pedes eius, veniam petebant, de hoc quod contra eum fecerunt, & indicauerunt ei, quale malum eis facere voluerit Alachis, & quale conſilium dederint ** ei. Quod audiens rex Chunibertus, gauiſus eſt valde, & ſacramentum inter ſe dederunt, & ſtatuerunt diem, quando Chunibertus Ticinum veniret, ipſique eum in ciuitatem intromitterent. Conſtituto autem die venit Chunibertus, & illi, ſicut promiſerant, gratanter eum ſuſceperunt. Tunc omnes ſimul, epiſcopus † & presbyteri & clerici, iuuenes & ſenes, cum gaudio cucurrerunt ad eum, gratias agentes Deo pro reditu eius, & alii amplexabantur genua eius, & alii pedes: ſed & ille quos potuit, familiariter oſculatus eſt. Subito autem nuncius exinde veniens ad Alachiſum, dixit ei, *quod Aldo & Grauſo non tantum caput Chuniberti, ſicut promiſerant, ſed & totum corpus adduxiſſent, & in palatium miſiſſent.* Quod ille audiens, contriſtatus eſt valde, & cum magno furore diſcedens, iuit per Placentiam & multas ciuitates, alias per blanditias, alias vi apprehendens, congregauit omnes quos potuit, vt cum Chuniberto pugnaret. Cumque Chunibertus econtra ſuos colligeret, conuenerunt in campo qui Coronatus dicitur, ibique ſteterunt. Miſit autem Chunibertus ad Alachiſum dicens: *Vt quid †† perit tanta hominum multitudo. Pugnemus ego & tu, & qui vicerit, regnum teneat.* Alachis autem noluit. Cui dixit vnus de populo ſuo, nomine Tuſcus: * *Quare non pugnas cum eo? Tu fortiſſimus & audaciſſimus es, & cur non exis cum audacia, vt pugnes cum eo!* Alachis reſpondit; *Chunibertus quamvis ebrioſus ſit, tamen ſatis eſt fortis. Nam tempore patris ſui,*

Cunibertus Ticino recipitur.

Bellum inter Alachin & Cunibertum. ſingulare certamen propoſitum. *Vuarn. V. 40.*

recuſat Alachis.

* *M. S.* Cumacinum. *Vuarn.* Commacinum. ** *M.S.* dederunt. † *M. S.* epiſcopi. †† *malim legiſſe,* Ad quid. * *M. S.* genere Tuſcus. *multo quidem rectius: conſentit & Vuarnefrid.*

quando

quando eramus pueri, erant in palatio verueces maiores, & Chunibertus apprehendit quemuis illorum per lanam de dorſo, & portauit cum vna manu, quod ego facere non poteram. Quod audiens Tuſcus ille, dixit: *Si tu cum illo pugnare non poteris, nec me amplius in adiutorium habebis;* & ſtatim relicto eo, iuit ad Chunibertum, & indicauit ei omnia haec. Cum autem iam prope eſſet, vt iungere ſe deberent ad pugnam, diaconus quidam nomine Sceno*, multum ** amans Chunibertum, & timens quod in eadem pugna moreretur, dixit ad eum: *Domine mi rex, omnis ſpes noſtra in te eſt, ſi tu mortuus fueris in pugna, omnes nos ille crudeliſſimus Alachis per diuerſa occidet tormenta. Placeat itaque tibi conſilium meum, & da mihi omnia arma tua, & ego vadam, & pugnabo cum iſto aduerſario. Si ego mortuus fuero, tu recuperabis cauſam tuam: ſi vicero, maiorem inde habebis gloriam, quia per ſeruum tuum habebis victoriam.* Cumque Chunibertus hoc omnino recuſaret, rogauerunt eum fideliſſimi ſui, qui aderant, vt ei conſentiret. Tunc ille conſenſit, indutumque diaconum omnibus armis ſuis pro ſe ad pugnam miſit. Cumque pugnarent ambae partes, Alachis ſemper intendebat, vbi Sceno diaconus ſtabat, putansque quod Chunibertus eſſet, impugnauit eum & occidit, & cum gaudio caput eius abſcidi praecepit, leuansque illud in haſta, gratias egit Deo, quod Chunibertum occiderit, ſed cum caſſidem de capite eius tuliſſent, apparuit, quod clericus eſſet. Tunc Alachis cum ira magna exclamauit: *Heu me, nihil fecimus, quando hanc pugnam commiſimus, in qua clericum occidimus:* & ſtatim tale votum vouit, quod *ſi victoriam de Chuniberto haberet, puteum vnum de clericorum teſticulis † impleret.* Igitur Chunibertus videns ſuos deficere, putantes ipſum mortuum eſſe, oſtendit ſe eis, conſortans eos, & dicens: *Nolite*

Mira ſacriſculi in regem fides.

Stultum Alachis votum.

* *emendae M.S.* nomine Seno. *quod verius. Vuarnefridus habet*, Zeno. *commutantur autem ſaepius S. & Z.* ** *deeſt*, multum *in M.S.*

† *Cur autem ea potiſſimum parte plecteret bonos viros? niſi iam tam ſalaciores, quam par erat, viſi. & tenaciſſimum quidem iſtud haeſit in illo ordine probrum. Adeo nihil vllo tempore aduerſus te, Venus, ſancitae valuere leges.*

timer

timere, modo enim debemus inimicos noſtros vincere. Iterum praeparauerunt ſe ambae partes ad pugnam, & cum iam prope eſſet, vt ſe coniungerent, rurſum mandauit Chunibertus ad Alachiſum dicens: *Cur perit populus? Pugnemus nos duo, qui vicerit dominetur omni huic populo.* Cumque Alachiſo ſui homines dicerent, *quare non pugnas cum eo?* ille reſpondit: *Non poſſum hoc facere, quia video imaginem S. Michaelis archangeli inter haſtas ſuas, vbi ei iurauit.* * Tunc vnus ex illis dixit ei: *Proter timorem videbitur* ** *tibi quod non eſt, & iam tibi tardum eſt hoc dicere.* Congredientibus autem vtriſque partibus, multi vtrinque ceciderunt, Alachis quoque cecidit, & Chunibertus, adiuuante domino, victoriam habuit. Caput autem Alachis & crura abſciſa ſunt, & ſolum corpus truncum † remanſit. Rex vero cum gaudio & victoria reuerſus eſt Ticinum. Cum iſta fierent apud Longobardos trans Padum, Ramoaldo filius Grimoaldi, dux Beneuentanorum, congregato exercitu, coepit expugnare Tarentum & Brunduſium, & totam illam regionem ſibi ſubiugauit. Diederada †† vero vxor eius fecit monaſterium in honorem S. Petri apoſtoli, foris muros ciuitatis Beneuentanae, in quo puellarum Chriſti fecit conuentnm. Poſtquam regnauit Romoaldus, per annos XVI. mortuus eſt, & filius eius Grimoaldus rexit Beneuentum per triennium, duxitque vxorem Vuigilindam, filiam Perthari, ſororem Chuniberti. Poſt mortem Grimoaldi, Giſolphus frater eius dux factus eſt, & tenuit ducatum per annos XVII. hic vxorem habuit Vuinibirgam filiam Radoaldi ducis. Circa haec tempora, cum iam per multos annos monaſterium S. Benedicti, in Caſſino monte eſſet derelictum, venerunt Franci de Celmania*, & de Aurelia, in eundem locum, & dum ſe fingerent iacere in eodem loco, vbi iacebant corpora S. Benedicti, & ſanctae Scholaſticae, tulerunt oſſa eorum, & or-

Vuarn. V. 41.

Vincit Cunibertus occiſo Alachi.

ROMOALDVS, *Vuarn. VI. 1.*

GRIMOALDVS,

DVCES BENEVENTANORVM.

* *emenda*, iuraui, *e M. S. & Vuarnefrido.* ** *M. S.* videtur. *quod probo.* † *M. S.* corporis truncum. †† *Vuarn.* Theoderada. *M. S* Diedarada. * *Perperam Vrſpergenſis, vbi de Cenomanis dicendum erat, Celmaniam finxit. Vuarn. VI.* 2. venientes de Cenomannicorum vel Aurelianenſium regione Franci.

taue-

tauerunt in patriam ſuam, vbi facta ſunt duo monaſteria, vnum in honore S. Benedicti, aliud in honore ſanctae Scholaſticae. Sed nos certum credimus, illud venerabile os diuina ſemper ruminans verba, & oculos ſemper coeleſtia videntes, & alia membra illius, quamuis diſſoluta, in eodem loco remanſiſſe. Solum enim corpus domini non vidit corruptionem, aliorum vero corpora ſanctorum, quamuis in aeterna gloria reparanda ſint, tamen in hoc ſeculo diſſoluta ſunt. Dum haec in Italia geruntur, orta eſt haereſis apud Conſtantinopolin, quam excitauerunt Georgius patriarcha Conſtantinopolitanus, & Macharius, & Pyrrhus, & Petrus, & Paulus; ſeparantes in Chriſto deitatem & humanitatem. Propter quam cauſam Conſtantinus Imperator fecit congregari centum quinquaginta epiſcopos, inter quos fuerunt duo legati ſanctae Romanae eccleſiae, miſſi a Papa Agathone, Ioannes diaconus, & Ioannes Portuenſis epiſcopus: factoque concilio, damnauerunt haereſin praedictam. Eadem vero hora tantae telae aranearum in medio populi ceciderunt, vt omnes exinde mirarentur. Hoc autem viſae ſunt ſignificare, vt haereſis illa eſſet exinanienda. Praedictus autem Georgius patriarcha ab epiſcopis admonitus & correctus eſt: alii vero in ſua perfidia permanentes, ab omnibus epiſcopis anathematizati ſunt. Haec eſt ſexta ſynodus vniuerſalis, id eſt, quam mundus vniverſus tenet. His quoque temporibus, per octauam indictionem, eclipſis lunae apparuit: & ſecundo die intrantis Maii, eclipſis ſolis facta eſt, hora diei decima; ac deinde menſe Iulio, Auguſto, & Septembre, mortalitas magna facta eſt. Tunc viſibiliter multis hominibus apparuerunt duo angeli, vnus bonus, & alter malus; ambulantes per vrbem tempore nocturno: & ille malus tenebat venabulum in manu, & per iuſſionem boni angeli de quacunque domo ianuam percutiebat, alia die omnes homines de eadem domo moriebantur. Poſt haec cuidam homini * bono per viſionem dictum eſt, quod ipſa

Concilium celebratum Conſtantinopoli.
Vuarn. VI. 4.

* *M. S.* cuicunque homini.

mortalitas non ceſſaret, niſi in eccleſia S. Petri, quae dicitur ad Vincula, dedicaretur altare in honore S. Sebaſtiani martyris. Quo facto, mortalitas ceſſauit. Interea rex Chunibertus cum quodam fideliſſimo ſuo * conſiliatus eſt, quomodo Aldonem & Grauſonem occideret. Cumque de hac re inter ſe loquerentur, ſtantes prope feneſtram quandam, ſubito in feneſtra illa muſca conſedit. Quam Chunibertus occidere volens, cum cultello, quod in manu tenebat, pedem illius tantum abſcindebat. Cumque Aldo & Grauſo ad palatium regis tenderent, & iam appropinquarent, obuiauit eis vnus homo, pede truncato, & dixit eis, *quod Chunibertus rex vellet eos occidere.* Hoc illi audientes, fugerunt in eccleſiam S. Romani martyris, & abſconderunt ſe poſt altare ipſius eccleſiae. Cumque hoc regi nunciatum fuiſſet, ſtatim vocauit ad ſe illum fideliſſimum ſuum, cui hoc ſoli crediderat, & dixit ei: *Quare conſilium meum credidiſti cuiquam homini?* ille cum tremore reſpondit: *Domine mi rex, tu ſcis quia poſtquam mihi locutus es, nunquam de tuo conſpectu foras exiui: quomodo* ** *hoc alicui homini dicere potui?* Tunc rex mandauit ad Aldonem & Grauſonem, *vt quid in eccleſiam fugiſſent?* Qui reſponderunt: *Quia audiuimus, quod rex nos occidere vellet.* Iterum mandauit ad eos rex, interrogans, *quis eis hoc nunciaſſet?* & dixit: *quod gratiam ſuam non haberent, niſi hoc ſibi manifeſtarent.* Tunc illi omnia quae facta fuerant manifeſtauerunt dicentes, *quia obuiauit nobis vnus homo pede truncato vſque ad geniculum, & ipſe hoc nobis nunciauit.* Tunc rex Chunibertus intellexit, quod muſca illa diabolus fuiſſet, & ipſe hoc eis nunciaſſet, ſtatimque vocauit eos ad ſe, & reddidit eis gratiam ſuam, & vſque ad mortem habuit eos honoratos. Inter haec Conſtantinus Imperator mortuus eſt, & Iuſtinianus filius eius minor tenuit regnum per annos decem. Contra hunc Leo quidam venit, apprehenſumque naſo detruncauit,

Ad nugas e fabulis reditum. *Vuarn. VI. 6.*

Res interea Byzantinae. *Vuarn. VI. II. 14.*

* *ſtratorem nominat Vuarnefridus, Marpahis dictum.* ** *M. S.* & quomodo, *probe. hoc enim interrogantis eſt, velut,* & quando, & quis, *pro,* ecquando, ecquis. *tuetur illud & Vuarn.*

eiiciens-

eiiciensque de regno, ipſe per annos tres regnauit, & illum in inſulam quandam exiliauit. Iterum Tyberius hunc Leonem de regno expulit, ipſeque regnum tenuit, & illum in cuſtodiam poſuit. * Poſt haec Iuſtinianus regnum ſuum per adiutorium Terebelli regis Bulgarum recepit, & Leonem atque Tyberium coram populo in medio circulo ** decollari fecit. His diebus rex Angliſaxonum, nomine Cedoaldus, qui multas pugnas in ſua patria commiſit, ad Chriſtum conuerſus eſt, & tendens Romam, venit ad Chunibertum regem, a quo cum magno honore ſuſceptus iuit Romam, & a beato Sergio papa baptizatus, Petrus nominatus eſt, & cum adhuc in albis eſſet, mortuus eſt, & in eccleſia S. Petri ſepultus. Hoc etiam tempore fuit in regno Francorum vir nomine Arnoldus † Deo amabilis, qui relicto ſeculo, poſtea epiſcopus factus eſt. Chunibertus vero poſtquam regnauit annis XII. ſolus poſt mortem patris mortuus eſt, regnumque filio ſuo Lieperto †† adhuc paruulo, dimiſit: cui Aſprandum virum ſapientem nutritorem conſtituit. Poſt octo menſes Reginbertus, * dux Taurinenſium, venit cum exercitu contra Aſprandum & Rotharium, duces Bergomenſium **, & pugnans cum eis, vicit eos, & apprehendit regnum, ſed eodem anno mortuus eſt.

Cedoaldus Angloſaxonum rex Italiam petit.

MORS CVNIBERTI. *Vuarn. VI.* 13.

LIVTBERTVS REX.

* *M. S.* in cuſtodiam tenuit, *rectius. conſentit Vuarn. cap.* 13. ** *Emenda e M. S. atque ſuffragante Vuarnefrido libro VI. cap. XXXI.* in medio circo. *Circi autem Conſtantinopolitani hodieque veſtigia ſunt. Frequens tum & ſplendidus ſine dubio is locus. Quod editum eſt,* circulo, *plane ineptum. Etiam deprauatum habetur in editis* Terebelli, *Bulgarorum regis, nomen.* † *reſcribe,* Arnulfus, *e M. S. & Vuarn. VI.* 17. †† *Corruptum eſt. M. S. praefert,* Liopertus, *& Vuarnefridus,* Liutbertus. *Sine dubio probamus vltimam. Liutbertus enim eſt,* Leutwart/ cuſtos populi, *aut,* Leutwerth/ amor populi: *vt in feminis* Liudthruda, LeutDrud/ *fere idem notat:* Drud *enim* amaſia *eſt. dixi in noctibus acad. obſ. XV. pag. n.* 196. *Eadem forma dictus eſt,* Cunibert, quaſi Kunigwart/ aut Kunigwerth/ cuſtos amicusue regis: Aripert, *quaſi,* Ehrenwart/ Ehrenwerth/ cuſtos fidei, *aut* honore dignus: Theudebertus, *quaſi* Theudewart/ naturae cuſtos, *aut* matri dilectus. *Sic* Raginbertus: *ſic alia id genus nomina e Theotiſco ſermone ducta. confer ſupra paginam VI. a tergo.* aliter in plerisque, quem nunc demum euoluo, H. Grotii Index nominum propriorum poſt Procopium: at nil moror. * *M. S.* Reginpertus, *Vuarn.* Ragunbertus. ** *M. S.* aduerſus Aſprandum & Ruocharium duces Pergamenſium.

Cuius filius Aripertus iterum pugnauit aduerſus Liepertum regem apud Ticinum, & Liepertum in pugna viuum apprehendit: Aſprandus vero nutritor eius in inſulam Cumacinam fugit. Dux autem Rotharius, cum rediſſet Bergomum †, Haripertus cum magno exercitu obſedit & expugnauit ciuitatem, apprehenſoque Rothario, fecit radi caput eius & barbam, & exiliauit eum, vbi poſt aliquantum tempus mortuus eſt.

MORS LIVTBERTI.

Liepertum vero puerum miſit in balneum, & clauſit ianuam ſuper ipſum, ſicque nimio calore mortuus eſt.

ARIPERTI TYRANNIS. *Vuarn. VI.* 19. 19. 21. 21.

Aripertus autem, cum ſecurus iam regnaret, apprehendit Sigebrandum †† filium Aſprandi, & excaecauit eum, & omnes parentes eius per diuerſa tormenta afflixit, Luiprandum * autem filium eius minorem tenuit in carcere: Et quia adhuc erat puerulus, perſonam eius deſpexit, & noluit ei facere aliquod malum, inſuper dimiſit eum ire ad patrem ſuum. Igitur Luitprandus venit ad patrem ſuum in Bauariam, quo ipſe iam dudum ** fugerat eundem Aripertum, ad ducem Theodebertum, ſtetitque cum eo per annos nouem. Quo cum veniſſet Luitprandus, cum gaudio magno eſt ſuſceptus.

FRANCORVM RES. *Vuarn. VI.* 43.

Hoc tempore apud Gallias in regno Francorum, ſub nomine Maioris domus, principabatur Anſgis, filius Arnoldi † ſupradicti, qui nomen trahere videtur ab Anchiſa Troiano. ††

PVGNA ARIPERTI CVM BAVARIS. *Vuarn. VI.* 35.

Igitur poſtquam Aſprandus per annos nouem manſit in Bauaria, mouit exinde Theodebertum Bauarorum ducem, & cum exercitu venit in Italiam, pugnauitque cum Ariperto, & mortui ſunt

† *M. S.* Pergamum *male, niſi fallor.* †† *M. S.* Sigibrandum, *ſic & Vuarn.* * *M. S.* Luitprandum. *legendum eſt*, Liutprandum, *vt recte habetur in Vuarn. monui talia in noct. acad. eo loco, quem modo ante indicauimus.* ** *M. S.* ipſe dudum. † *Emenda*, Arnulfi, *e M. S. & Vuarn.* †† *Vuarnefridus etiam*, qui de nomine, *inquit*, Anchiſae quondam Troiani creditur appellatus. *Non igitur qui hoc primus peperit Marianus Scotus eſt, quem ideo notaueram in noct. acad. obſ. XV. num. pag.* 194. *Atticam vero in his hominibus elegantiam! Adeo Troianum illum Anchiſen, parentes Angiſi, aut curauerint, aut ſciuerint omnino; vt ab illo potiſſimum nomen ſint mutuati. Scilicet id genus auctores incredibilia pro veris, vana pro compertis, vt quid in manus aut in buccam venerat, nihil cunctando poſteris tradiderunt.*

multi

multi de partibus vtriſque. Sed quamuis in ipſa pugna nox finem feciſſet, certum eſt tamen, quod Bauarii fugerunt, & Aripertus cum victoria rediit ad caſtra. Qui cum noluiſſet manere in caſtris, ſed iret in Ticinum: fecit deſperationem populo ſuo, & aduerſariis dedit audaciam. Poſtquam vero ciuitatem intrauit, & ſenſit iratum ſibi eſſe populum pro tali facto, habuit conſilium, vt fugeret in Franciam, & tulit de palatio aurum quantum voluit, & exiuit. Cumque Ticinum fluuium oneratus auro transnatare voluiſſet, ſuffocatus ab aqua mortuus eſt. Alio die inuentum eſt corpus illius, & ſepultum eſt in eccleſia domini Saluatoris. Poſt cuius mortem Asprandus * Longobardorum regnum tenuit, & ſolummodo tres menſes regnauit, vir per omnia bonus, & cuius ſapientiae pauci homines aſſimilari poſſunt. Videntes autem Longobardi quod Aſprandus moreretur, fecerunt ſibi regem filium eius Luitprandum, patre adhuc viuente. Philippicus autem Iuſtinianum Imperatorem occidit, regnumque eius per annum & ſex menſes tenuit. Surrexit enim contra eum Anaſtaſius, qui & Arthemicus dictus eſt, & eiecit eum de regno, oculosque eius erumpere fecit. Anaſtaſius autem, cum mitteret naues in Alexandriam contra Saracenos, diuertentes milites Conſtantinopolin, exquiſierunt Theodoſium, orthodoxum virum, & inuitum per violentiam poſuerunt in regnum. Exiens autem idem Theodoſius de Conſtantinopoli in Niceam, pugnauit contra Anaſtaſium, & vicit eum, & tulit ab eo ſacramentum, & eum clericum fieri iuſſit, & poſtea presbyterum ordinari fecit. Mortuo autem Theodoſio, poſt annum vnum Leo factus eſt imperator. Apud regnum Francorum in illo tempore Pipinus regnauit, qui fuit nimium audax, ſemperque ab hoſtibus victoriam habuit. Hic habuit filios, ſed ex eis Carolus ** optimus extitit, qui poſt eum regnum accepit. Circa haec tempora compunctus diuino amo-

ARIPERTI MORS.

ANSPRANDVS REX.

ET LIVTPRANDVS.

Byzantinorum turbae.

Res Francorum ſub Pipino, *Vuarn. VI. 41.*

* *Vuarn. conſtanter,* Anſprandus. *placet.* ** *M. S.* Karolus, *conſtanter. ſic & Vuarn. ceterum antiqui codices K. litteram magis ſeruant ab initio verſuum: C. in medio.*

Petronacis inſtituta. *Vuarn. VI. 40.*

re Petronax de Brixia, venit Romam, & ad exhortationem beati Gregorii, tunc temporis papae, venit in Caſſinum caſtrum, coepitque ibi habitare cum hominibus, qui tunc ibi reſidebant. Qui deinde eundem venerabilem virum Petronacem fecerunt ſibi ſeniorem. Coeperunt autem ſtatim ad eum concurrere multi viri nobiles, & adiuuante diuina gratia, pro meritis beati patris Benedicti, reparauit priora habitacula, viuensque cum omnibus ſub iugo ſanctae regulae, ſecundum ordinem beati Benedicti, ſanctum illud monaſterium ad bonum perduxerat ſtatum. Huic venerabili viro multa fecit adiutoria dilectus Deo Zacharias papa, dans ei libros ſanctae ſcripturae, & alia quae ad vtilitatem monaſterii pertinent: inſuper & regulam, quam beatus pater Benedictus manibus ſuis ſcripſit. Ab illo autem tempore, ex quo locus ille deſtructus eſt, vsque ad iam dictum abbatem Petronacem, completi fuerunt centum & decem anni. In Francia mortuo Pipino, filius eius Carolus, quamuis per multas pugnas tulit principatum de poteſtate Reginfridi. Inter haec Luitprandus rex audiens, quod Sarraceni depraedarentur Sardiniam, dedit magnum precium, & miſit in Sardiniam, fecitque inde adduci oſſa S. Auguſtini epiſcopi, & poſuit illa honorifice in Ticino. Poſt haec Carolus rex Francorum, miſit Pipinum filium ſuum ad Luitprandum regem, vt tonderet capillos eius, & faceret eum ſibi exinde compatrem: quod ille fecit, puerumque cum multis donis ad patrem remiſit. Igitur Luitprandus rex multas eccleſias per loca diuerſa conſtruxit. Fecit enim monaſterium beati Petri apoſtoli foris muros Ticinenſis ciuitatis, quod dicitur ad Coelum aureum, & ſurſum in alpibus, in propria ſua villa fecit monaſterium quod dicitur Barcetum. Itemque in Lonna * villa propria, monaſterium fecit in honore S. Anaſtaſii martyris. Similiter fecit eccleſiam domini Saluatoris in palatio ſuo, & ordinauit ibi ſacerdotes & clericos, qui quotidie ** diuina officia celebrarent,

Ad Francos reditum: deinde ad Langobardos. *Vuarn. VI. 46. 49. ad finem libri.*

* *M. S.* Alonna, *emenda e Vuarn. libro VI. cap. LVIIII.* Olonna.

** *M. S.* qui cottidie. *vt conſtanter ſcriptum exhibere ſolent codices vetuſti.*

rent,

rent, quod nunquam aliis reges * ante ipſum habuerunt Poſtquam vero regnauit per annos XXXI. & menſes ſeptem, mortuus eſt, ſepultusque eſt in eccleſia ſancti Hadriani ** martyris, vbi & pater eius ſepultus eſt. Fuit autem ſapiens & fortis, amator pacis, culpantibus miſericors, † caſtus, orationibus & vigiliis deditus, in eleemoſynis largus. literas non nouit, ſed tamen ſic ſapiens fuit vt philoſophis aſſimilandus ſit. MORS LVTPRANDI.

TESTIMONIORVM
E LIBRIS ANTIQVIS
QVAE DE
NOMINE LANGOBARDICO
RECENSVS

EOrum, apud quos aliqua de Langobardis mentio, antiquiſſimus, quantum equidem ſciam, idemque longe grauiſſimus auctor eſt, STRABO, ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ *libro VII. pag. 290. in fine, ſecundum editionem quae laudat curas Iſ. Caſauboni Pariſiis* clɔ Iɔcxx. *fol.* cuius ideo verba paullo plenius, quam alii in hoc argumento fecerunt, huc transferamus: Μέγιςον μὲν τὸ τῶν Σȣήυων ἔθνος· διήκει γὰρ ἀπὸ τȣ̃ Ρήνȣ μέχρι τοῦ Αλβιος· μέρος δὲ τι αὐτῶν, καὶ πέραν τȣ̃ Αλβιος νέμεται, καθάπερ Ερμόνδοροι καὶ Λαγκόβαρδοι· νῦν δὲ καὶ τελέως εἰς τὴν περαίαν οὗτοί γε ἐκπεπτώκασι φεύγοντες. Κοινὸν δ' ἐςὶν ἅπασι τοῖς Primus Strabo laudatur & adducitur.

Ienenſis autem Conradi a Liechtenau, quem toties laudauimus, quingentis annis vix eſſe poteſt, vt mihi olim inſpectanti viſum eſt, recentior. * *dele mendum, & reſtitue e M S.* alii reges. ** *M. S.* Adriani. † Culpantes *dixit, pro cetera eruditione ſua, Vrſpergenſis noſter, qui dicendi fuerant delinquentes. His verbis autem,* culpantibus miſericors, *eleganter, ſi dis placet, reddidit illa Vuarnefridi,* delinquentibus clemens, *quae in fine librorum eius habentur. Qui, quod hic ſubſtitit: finiendum erat & Conrado. nec nos vltra in his ſacris, ilicet.*

τά-

ταύτῃ, τὸ περὶ τὰς μεταναστάσεις εὐμαρὲς, διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου, καὶ διὰ τὸ μὴ γεωργεῖν, μηδὲ θησαυρίζειν, ἀλλ' ἐν καλυβίοις οἰκεῖν ἐφήμερον ἔχουσι παρασκευήν. τροφὴ δ' ἀπὸ τῶν θρεμμάτων ἡ πλείστη, καθάπερ τοῖς Νομάσιν ὥστ' ἐκείνοις μιμούμενοι, τὰ οἰκεῖα ταῖς ἁρμαμάξαις ἐπάραντες, ὅποι ἂν δόξῃ τρέπονται μετὰ τῶν βοσκημάτων. Eadem Latine, interprete Xylandro. *Maxima quidem eſt Suevorum natio: nam & a Rheno ad Albin vsque pertingit, & trans Albin habitant pars eorum, vt Hermunduri & Langobardi: atque nunc quidem hi fuga facta omnino in vlteriorem regionem ſe coniecerunt. Commune omnium eſt, qui iſtis in locis degunt, facilis & expedita ſoli mutatio, ob tenuitatem victus, * & quod neque colunt agros, neque fructus recondunt: ſed in caſis habitabant ſtructura in vnum diem conſtantibus. ** cibus eis a pecore plurimus, vt & Nomadibus; quorum etiam imitatione rebus ſuis in currus impoſitis, facile cum pecore ſuo abeunt quo viſum fuerit.*

Emendatur item ſecundum alios, & illuſtratur.

Hic locus in mendo fuit olim, cum legeretur ſecundum antiquos codices, Ευμόνδοροι καὶ Λαγκόσαργοι: quae corrupta nomina & occupauerant vetuſtam Strabonis verſionem. Sed recte vidit cum aliis Caſaubonus, vt reſtitui ea deberent. Agnoſcimus ex hoc loco, tum Langobardos trans Albim coluiſſe, tum Vandalici generis, id eſt eiusmodi fuiſſe, qui ſedes ſubinde mutarent. Vtrumque cum his quae ſupra diximus, praeſertim pag. I. a tergo, pulcre congruit.

Reprehenſus leuiter Velleius:

Qui perperam *fractos* praedicat Langobardos.

Succedit teſtis, vt aetatis prope eiusdem, ita nequaquam auctoritate comparandus, VELLEIVS PATERCVLVS. Is libro, qui ſecundus vulgo habetur, capite CVI. nihil aliud, niſi *fractos* a Tiberio Caeſare *Langobardos, gentem etiam Germana feritate ferociorem,* vane iactat. Qui fracti? Langobardi enim trans Albim, quem non tranſierat Tiberius fluuium. Puto, propterea pro victis habitos, quod aliquantum receſſerant a priſcis ſedibus metu Romanorum, aut legatos miſerant. Illud & Strabo ſignificare videtur. At ſic territi quidem & tentati dicendi fuerint, nullo modo fracti, quod de plane vic-

* malim vertiſſe, *propter ſimplicitatem vitae.* ** malim, *in tuguriolis habitantes, quae in diem parantur.*

tis

tis vſurpatur. Scilicet Velleius, vbi Tiberius laudandus, verba non appendit: ſi quid rem ſuperet, ſine fraude putat.

Audiatur ergo poſt proletarium aſſiduus potius vindex, & quouis pignore certior, CORNELIVS TACITVS, qui egregium pro virtute & gloria huius populi, quem inter Sueuos memorat vt Strabo, teſtimonium perhibet, *de mor. Germanorum cap. XXXX. Langobardos*, inquit, *paucitas nobilitat: quod plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed proeliis & periclitando, tuti ſunt.* Idem *Annalium II. cap. XXXXV. e regno Marobodui Sueuas gentes, Semnones ac Langobardos, defeciſſe* pro libertate Germaniae ad Arminium memorat: & *libro XI. cap. XVII. Italum Cheruſcos adſiſtantem Langobardorum opibus refectum* dicit.

Egregius teſtis Tacitus productus.

Virtus Langobardorum.

Tuentur & Arminium, & Italum.

Iam nil opus eſt vt PTOLEMAEVM memorem; quem, vt Langobardos non iisdem ſedibus, quibus alii, collocauiſſe videatur, tamen cum ceteris, cum Sueuos eos appellet, reapſe conuenire, facile conſtat. Nec ſi velim quidem adducere eum ex antiquis hiſtoricis, quisquis eſt, cum fugiat quaerentem, poſſum, qui ſub Marco Antonino, Langobardos Danubium transgreſſos, & Candido legato victos, pacatos poſtremo Romanis memorauit. Ab his ſcriptoribus longo tempore, non temere quenquam inuenies, qui eius populi fecerit mentionem, ad PROSPERVM AQVITANICVM vsque: cuius viri quandoquidem pleraque in hanc rem dicta ſupra in commentario, pag. III. VI. VII., adduximus; morari vltra auctoritatem nihil eſt neceſſum. Deinde PROCOPIVS *de bello Gothorum libro III. pag. 390. 394. cap. 34. 35.* multa de Langobardis, vt per contentionem cum Gepidis, a Iuſtiniano pacem & orarint, & impetrauerint; quae legi atque conferri cum traditis Vuarnefridi digna ſunt: adnotata reliquit. Id vnum, cum ea transſcribere nimis iam operoſum ſit, monebo: nomina Langobardorum propria vel in Graeco Procopii, vel certe ab interpretibus, peſſime habita prope omnia. quod niſi animaduertas, intellegere eam hiſtoriae partem nequeas. Exempli cauſſa, qui in Procopii veteribus exemplis *Abdinus*, non ſane is

Ptolemaeus laudatus.

Langobardorum ſub M. Antonino res.

Proſper Aquitanicus laudatus:

& Procopius,

qui & emendatur paſſim in nominibus.

Alboinus eſt, vt interpretum quidam perperam contendit: ſed, quemadmodum Grotius & Maltretus id emendarunt etiam, *Audoinus*. puto, quia *Audoin* efferebant Langobardi, Audwin, vnde facile *Abdinus*, & *Abduinus*. ſimiliter, qui vetuſtis interpretibus *Choriſinus*, is Grotio rectius, *Thoriſin*, Maltreto aliter quam in Graeco, *Thoriſinus*, Vuarnefrido *Thuriſindus* eſt, rex Gepidarum: vetuſtis & Grotio, *Ildiges*, Maltreto perperam, *Ildiſgus*; peius etiam in quibusdam Graecis codicibus, Αγίλανος, nobis, & recte, *Hildegis* eſt: vetuſtis *Baces*, Grotio, *Vaaces*, Maltreto, *Vaces*, Vuarnefrido melius ſcribitur, *Vuacho*: vetuſtis *Baldarus*, Grotio, *Valdarus*, Maltretro, *Valdalus* male quidem; nobis verius dicitur ex aliis, *Vualtari*: & ſic in ceteris. Etiam rerum ſeries in Procopio paullo aliter traditur, quam in Vuarnefrido: quando ille cauſſam belli cum Gepidis, quam hic leuiter praeterit, diligentius expendit. Iam ad VVARNEFRIDVM, principem rerum Langobardicarum ſcriptorem, ventum eſt, ex quo ſolo, qui recentiores ſunt, quod ad hoc argumentum, ſua mutuo ſumſerunt. facile ergo hi poterant taceri omnes, quando etiam potiorum dicta ſupra inſpeximus: niſi omnino audiendus videretur SAXO GRAMMATICVS, propterea quod eximie nugatur, vbi huius populi res antiquiſſimas pandere ſibi viſus eſt poſſe. Langobardos ait *primum Blekingiam aduectos, ac deinde Moringiam praeternauigantes, ad Gutlandiam ſe appuliſſe. tandem ad Rugiam ſe applicantes, deſertisque nauigiis, ſolidum iter* (*ſolidum* dicitur pro *terreſtri*.) *ingreſſos eſſe*. Primum mihi, vt nauibus vſos eſſe Langobardos credam, perſuaderi vix poterit: deinde, quibus argumentis contendi poſſit, *Bleckingiam*, Gothlandiae partem, eam eſſe regionem, quae aliis *Sciringa* & *Scoringa* dicitur: nullus video. nec ſic, quae fuerit Moringia, facile expediri poterit: neque diſcutit, opinor, difficultates, quod Stephanus Stephanius in notis ad Saxonem, *Boringiam* legere mauult, & intellegere inſulam, quae Boringholm dicitur. poſtremo ſcire cupiam, quid ſibi velit Saxonis, *Gutlandia?* aut enim intellexit, *Gothlandiam*; & hoc eſſet e Gothlandia proficiſci in Gothlandiam; quia

Ad Vuarnefridum poſtremo deventum.

Saxo Grammaticus adductus & notatus.

Bleckingiam reſubſtitui pro Sciringa non poſſe:

nec ex *Golanda* aut *Godolanda*, Goth.

quia eius pars Bleckingia: aut, *Iutlandiam;* & recedere fecit Langobardos, non progredi. Nihil inde, puto, certi. Scilicet ad rem patriam trahere inuitos Langobardos niſus eſt Saxo Grammaticus. Alia nugatur de Turingis & Turingia, per quam Langobardi tranſiſſent, SIFFRIDVS, Presbyter vulgo dictus, ad annum DLXVIII. Sed haec adeo vana, vt ne inſpici quidem digna ſint. Proinde nec me morari per ea ſenticeta volueris, quicunque haec leges ſtudiis aequus liberalibus. Iterum vale. Scribebam die I. Auguſti

a N. C. cIɔ Iɔ cc xxviii.

landiam aut Iutlandiam fieri.

Siffridus item reprehenſus.

* * *

Quod Saxonis paullo ante mentio, cum reſtaret aliquid orae in hoc libello, viſum eſt, locum vtiliter totum hic legi poſſe.

SAXO GRAMMATICVS

hiſtoriae Danicae libro VIII. ſecundum editionem Stephani Stephanii Sorae 1644. fol. pag. 159.

CVmque, vt dixi, ſiue parum compluta humo, ſeu nimium torrida, torpentibus, ac parce fructificantibus campis, inediae languor defectam eſcis regionem attereret, nullumque, parum ſuppetentibus alimentis, trahendae famis ſupereſſet auxilium; Aggone atque Ebbone * auctoribus, plebiſcito prouiſum eſt, *vt ſenibus ac paruulis caeſis, omnique demum imbelli aetate regno egeſta, robuſtis duntaxat patria donaretur; nec niſi aut armis, aut agris colendis habiles, domeſtici laris paternorumque penatium habitacula retinerent.* Quorum mater Gambaruc, ** id ad ſe deferentibus filiis, cum

Cauſſae emigrationis Langobardorum a Scandinauia.

Duces Lang.

earumque mater.

* *Ibor*, *Ebbo* eſt: *Agio* Saxoni, *Aggo.* Perperam ſcribi putat Stephanius a Vuarnefrido haec nomina: ego contra. Suſtinetur ille antiquo carmine, vbi, Ebbe oc Aage de Hellede fro: ego, praeſentiore Proſperi auctoritate. poeta antiquus, opinor, Saxonem Grammaticum ſolum ſecutus eſt. Et is non Caroli magni tantum temporibus, verum etiam Saxone, niſi coniectura falſus ſum, mulro iunior. ** Gambara eſt.

diſſuadet iniquum decretum. a ſceleſti decreti auctoribus ſalutem in crimine repoſitam animaduerteret, damnata concionis ſententia, *neceſſitatem parricidio redimi oportere* negabat: *propius honeſtati conſilium fore aſſerens, animorumque ac corporum virtuti expetibilius, vt* Vuarn. I. 2. *ſeruata erga parentes ac liberos pietate, patria exceſſuri ſorte deligerentur. Quae ſi ſenes inualidos obtuliſſet, robuſtiores ſe eorum loco exilio offerrent, eiusque pondus pro debilibus perferendum ſua ſponte ſuſciperent. Caeterum indignos eſſe vita, qui illam ſcelere & ſacrilegio comparare, parenteſque ac prolem tam iniquo ſententiae genere perſequi ſuſtinuiſſent, charitatis loco crudelitatis officia peracturi. Poſtremo cunctos male patriam demereri, apud quos parentum aut liberorum amori proprii ſpiritus charitas praeponderaret.* Huic voci ad concionem relatae plerique ſuffragiis aſſentiebantur. Deliguntur emigraturi. Igitur omnium fortunis in ſortem coniectis, qui deſignabantur, extorres adiudicati ſunt. Quo euenit, vt qui ſponte neceſſitati parere noluerant, fortunae iudicio obſequi cogerentur. Errores eorum. *Vuarn. I.* 11. 12. 13. Primum itaque Blekingiam aduecti, ac deinde Boringiam* praeternauigantes, ad Gutlandiam appulerunt: vbi & Paulo teſte, auctore Frigdea, Longobardorum vocabulum, quorum poſtea gentem condiderunt, traduntur adepti. *Vuarn. I.* 8. Tandem ad Rugiam ſe applicantes, deſertiſque nauigiis ſolidum iter ingreſſi; cum multam terrarum partem emenſi, armiſque depopulati eſſent: poſt editas late ſtrages, poſtremo petitis in Italia ſedibus, priſcum gentis vocabulum ſuo nomine promutarunt.

* Sic legit Stephanius. al. *Moringiam.* diximus ſupra.

F I N I S

Digitized by Google